

Monumentorum Boicorum. Collectio nova  
Voluminis XXVIII. Pars altera.

Codices Traditionum, ecclesiae Pataviensis, olim  
Laureacensis

Academia Scientiarum Boica  
MDCCCXXIX

Corrected OCR text found at Google Book Search  
[http://books.google.com/books?id=\\_dgzAAAAMAAJ&printsec=titlepage#PPA515,M1](http://books.google.com/books?id=_dgzAAAAMAAJ&printsec=titlepage#PPA515,M1)

[?] Uncertain reading.

If you download this document from Google Books Search as PDF, the text start at page 527.

The numbers in this edition from 1829 does not correspond to the numbers in the modern edition of the charters of Passau; *Die Traditionen des Hochstifts Passau*, Heuwieser, Max (hg.) München 1930.

by Johan Åhlfeldt. <http://www.francia.ahlfeldt.se>  
2007-10-02

I.

(Cod. antiquissimus.)

Cartae de traditionibus ad S<sup>tum</sup> Stephanum de Rotahkauue.

I. Sub Walderico Episc. 774-800.

I. (Cod. antiquissimus.)

Cartae de traditionibus ad Stephanum de Rotahkauue. (Titulas priors  
manas. )

Traditio Yrminevinde ad ecclesiam Sapienciae quod dicitur Chiripahc.  
et cum cunctis rebus ad Sanctum Stephanum. (Titulas paulo  
recentioris copine.)

I.

Sub Walderico Episc. 774 — 800.

TP 33

Nihil enim ut ait apostolus in hoc mundo intulimus nec quicquam ex  
e nobiscum auferre poterimus. nisi quod ob animae salutem locis  
sanctorum vel in substantiis pauperum conferimus. Ideoque *uuillihelm*  
inprimis in uiride silva incipiens aedificare cellulam suam una cum  
sanctis monialibus sub regula sancti Benedicti et aedificavit ibi domum  
sanctae mariae et sancti Michaelis, et tradidit hereditatem suam ad  
cellulam illam cum consensu *huotilonis* ducis. et haec traditio ante fuit  
facta sub tempore *hucperti* ducis. sed postea adfirmabat traditionem  
illam cum consensu *hottilonis* et tradidit cellulam illam filiae suae  
nomine *Yrminsuind* cum illis sanctimonialibus ut suam oblationem deo  
offerret et locus ille ducitur *Chirihpah*. Et ego *Yrminsuind* Domine mi  
rex. una ex ancillulis vestris incidi in languorem maximam metuensque  
diem extremam mortis meae, convocavi ad me virum venerabilem  
*uualtrihhun* episcopum pariterque viros consanguinitatis meae. Una  
cum consensu eorum tradidi cellulam meam quam mihi pater meus  
tradidit atque moriens dereliquit in manu sanctimoniali nomine  
*Sapientia* filia sororis meae et post obitum ejus tradidi sanctimoniali  
nomine *Ymma* et postea tradidi illas cum ipsa cellula una cum ipsis  
sanctis monialibus *uualtrihho* episcopo ut esset sub dominio et  
mundeburde protomartyris Stephani et statui ut *Sapientia* in loco uicis  
meae succederet. Si autem quod absit a rectitudine normae discrepare  
vellet a jam dicto episcopo regulari vindictae subiacerere deberet usque  
ad veram mendationem. Ipsaque *Sapientia* oblationem quam ego  
elymosina patris mei seu parentum meorum facere consueveram in  
omnibus adimplere curaret. Insuper etiam petii a consanguineis meis ut  
verba mea seu voluntatem meam gloriosissimo regi *Carolo* indicarent.  
et cum illius jussione atque voluntate voluntas mea esset adimpleta in  
mercede ipsius. et si Domini pietas me ex infirmitate evadere  
concederet. ipsa vellem ad vestigia pedum ejus pervenire. Si quis vero  
quod fieri non credo si ego ipsa aut aliquis de viris parentulitatis meae  
contra hanc cartulam venire aut eam infringere voluerit cum supra  
dicto martyre in die iudicii deducat rationem et partibus regis  
componat aliud tantum et quod repetit vindicare non valeat. Sed haec  
traditio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. Actum  
est hoc in loco qui dicitur *Pazauua* sub die V. Id. Maii. Et haec sunt  
testes: Rihheri tes. Gotahelm tes. Davit tes. Rantolf tes. rihhelm tes.  
hrodperht tes. diac. walthelm tes. Pern tes. Ellinhelm test. Frehholf tes.  
Hunspoald tes. Romanus tes. Ego Ato indignus vocatus presbyter per  
jussionem Waltrichi episcopi et cum concensu Yrminsuuinde hanc  
cartulam scripsi et subscripsi et ipse sum testis.

II.

Fragmentum cujus initium deest, manu priori. (Attingit tempora Romanorum, circa ann. 450 — 480.)

..... Quantum praecium uinditoris. ad emtoris de presente. acceperunt. et rememoratum. runcum tradiderunt. emptori. demenio in perpetuo possidendi. emptor fidem quaerit uinditoris. fide spondiderunt. et sic dixerunt. sed de proximis. aut de extraneis, personis. contra hunc strumentum. refregare, uoluerit. tunc se spondiderunt. uinditores. emptori. dupla, pecunia, esse, reddituri. et pagina uero strumenti in suam permaneat. firmitatem. stipulatione. interposita. actum. in uico. *fonaluae* die consule. et testes, de presente, rogauerunt. sign, manus mairani. dominici. et dominicantes. qui strumentum fecerunt. sign, manus floriti. praepositi. testes sig. manus. uigili. militia testes, ego quartinus qui escripsi.

III.

Tassilonis tempore 770-781.

TP 9

In Christi nomine, haec sunt nomina, hominum. quos *machelmus* uir clarissimus. tradidit. ad aecclesiam. sci Stephani et ualentini. ad uicum qui dicitur. *eckiolfinicus* et sunt liberi. numero. VIII. hrodolf. uualto. hramnolf. perolf. zacco, horskeo. ekinolf. uuanolf. uuilleof. perahart. peracrim. duorum illorum terra est propria ad illam aecclesiam. ad echiolfinicus. peraharti et peracrim haec omnia quanta tradidit *Machelmus* ad ipsam aecclesiam. hi sunt omnes qui audierunt. et uiderunt. et toti sunt testes pauperes traditi. Sign. manus hrodperti presbyteri tt. altman. tt. mekilo. test. Humpert. tt. alamannus tt. Titto tt. chuntilo. tt. into. tt. Snello tt. cundalpald. tes. Luitperht tt. cotadeo. tt. angilhart. tt. lantfrid. tt. mekinhelm. machelm. ulit tt. aso tt. uualthat tt. nendilo tt. heriprant tt. deotto tt. pero, adalpert. Kerpert. hrodart. ermanolt. reckeo. eparahar. rekinolf. deotuni tt. Epo uaato presbit, scripsi, jussus a machelmo comite et testes subscripsi.

IV.

circ. 788. cnfr. N. 6.

Clamat uox egregii praedicatoris omnibus pie uiuentibus. qui fideliter diuinam religionem cultu perpetuo coluntur his uerbis suis auditoribus adiunxit unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem denique ego nomine *ratolf* cum diuinis oraculis animatis ob multorum dei cultorum inbutis. coepi deum colere cum moribus. atque hisdem opera adiunxi. tradidi atque transfundi propriam hereditatem meam dimissam mihi ab antecessoribus meis multis ad altarem beati stephani martyris Christi itidem confessore sancto ualentino in *batabis* ciuitate in tumulo quiescente cum ..... (cetera deficiunt in hoc fragmento.)

V.

Ann. 805.

In Christi nomine ego *uuerdni* cogitavi pro anima mea seu pro aeterna retributione. dono atque trado propriam causam meam quod mihi mari aqua qui dicitur *antesna* cum domibus aedificiis meis mancipas terris ruris et pratis cultis et incultis aquarumque cursibus et omnia utensilia mea quod in isto loco habeo post obitum meum stet firmatum et ordinatum ad sanctum Stephanum et hoc addimus et annuntiamus quod ad missam sancti ualentini reddere debeo. unum solidum auri vel argenti per singulos annos. et haec sunt testes, rantolfus test. Ratolt test. Chuntilo test, cundraat test, adalhart test, odalrih test, adalhaoh test, pern test, ratheri test, actum est autem in ciuitate *pattauis* indictione XIII. in V. id. febr. in dominico die haec carta firma permaneat.

Dies dominica Indictio XIII. et V. Id. febr. q. Febr. conveniunt an. 805. et 850.

VI.

circ. 788. cnfr. No. 4.

TP 65. 812-817

In Christi nomine, et cum suo auxilio sancto. Ego nomine proprio *ratolt* tradidi omnes facultates meas ad altare sancti Stephani primi martyris cum campis et pratis cum culta terra atque inculta simulque et cum mancipiis et cum omnibus utensilibus eorum juxta aquam nuncup. *raota* pro remedio animarum genitorum meorum et pro absolutione delictorum meorum coram omnibus praesentibus nobiles et ignobilibus qui tunc ibidem erant. et testibus confirmaui et firmatum est. De cetero notum sit omnibus deum timentibus et ejus praecepta seruantibus. quod in prestationem accipi ipsam terram ab ipso altare sancti stephani dum uitam meam finiam. Et post meum quoque discessum stet haec traditio firmata ad sanctum stephanum et ueris uinculis connexa et firmior sit ferro et insolubili uinculo ligata. et haec sunt nomina testium. *rihari* test. *Kuntilo* test. *hugo* test. *herirat* test. *heinefrid* test. *pippi* test. *cumdakar* test. *Cakanhart*. *tozi*. *ratolt*. *adalhart*. *hiltiker*. *adalperht*.

VII.

Sub Tassilone Duce 748 — 780

TP 7

In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus gloriosissimi ducis *tassillone* anno ducatus eius nom. indictione illa ego *etpurc* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali iudicio qualiter deum contemnescentes poenam incidunt aeternam Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre trado itaque omnia quae in illo loco qui dicitur *mazzinpah* habui ex integro servos ancillas pratas rures campis silvis aquarumque decursos mobile vel immobile cultum vel incultum ad basilicam sancti Stephani et sancti ualentini pro redemptione anime meae ut ibi sit firmum et stabilitum siquis autem contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimi sancti stephani et carta haec nihilominus firma permaneat et hii testes uuillihelm presbyter test. Hato. diac. test, peto diac. test, anno diac. test, nazarius cler. test. into. t. rodker. scripsi autem ego petto hanc cartam traditionis iussus a summo principe tassilo. acta sunt autem haec in villa publica nuncupante *pazauuua*. regnante domino nostro Ihesu Christo in secula seculorum.

VIII.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In Christi nomine, ego *aarhart* trado hereditatem meam pro remedium animae meae apud pio domino veniam mereamur accipere. vel remissione peccatorum ad basilicam sancti Stephani atque valentini. constructam in civitate quae vocatur *pazauue* portionem meam in villa nuncupante *antesna*. in pago *rotahgauuae*. quicquid ibidem ad praesens tam de hereditate parentum uel de quocunque adtractu possidere videmur. totum et ad integrum ad praefatam basilicam uoluisse donatum. cum terris domibus mancipiis silvis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus rem cultam et incultam ut quicquid jam dicte ecclesie episcopus pro oportunitate ipsius basilicae elegerit faciendi liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis uero quod futurum esse non credimus quod absit aut aliquis de heredibus meis seu qualibet persona contra hanc donationem uenire aut eam infringere uoluerit. inprimis cum sancto stephano habeat rationem. donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat. gloriosissimi regis Caroli. Isti sunt testes: Into. Rantolf. craos, poso. Cundhrat.

IX.

Sub Carolo Imperatore et Waldrico Episcopo. 800 — 804.

TP 50

Dum residissent missi serenissimi. imperatoris. Karoli in fisco publico ad *inzinga* acquirendas causas, *arn.* archiepiscopus et *uualdricus* episcopus et predictus abbas *deotker.* seu index. *Kyslehart.* ibidem in loco, *rantolf* comis aderat et omnis turba qui ibidem aduenerat in presentia ipsorum exquirebat. *uualdricus.* episcopus istum hominem eponem. ad seruitium beati sancti stephani et sancti ualentini et ipse epo in presentia illorum tradit dit se ipsum cum filiis et filiabus suis ad seruiendum deo et sancto stephano seu *uualdrico* episcopo et hoc fuit factum in XIII. Kal. Martii modo deo auxiliante uualdricus episcopus iussit scribere hanc paginulam ut sciretis dipsius femina nominat *hroduuar* quod ipsa fuit libera genita et modo petimus deum omnipotentem ut nullus episcoporum seu et aliorum quibuscumque beneficiatum fuerit hoc diocesses ut nullus ipsorum hanc libertatem inire seu frangere conauerit. ut ista femina habeat potestatem ingrediendi ad uirura suum tam quam si ipse fuisset liber. Denique quanti post ist am conuentionem nati fuerint ex ea femina liberi sint semper deo auxiliante, et ego *uualdpertus* iussus a *uualdrico* episcopo indicauit scribere hanc paginulam.

X.

Sub Waldrico episcopo 774 — 804.

TP 8.

Ego in dei nomine *cundalpereth* presbyter et fratres mei et alii proximi mei *Kerfrid hrodhelm husito* tradiderunt aeclesiam sancti Georii in manu mea et ego cum illis tradidi aeclesiam istam ad altare sancti Stephani. et sit in manu mea dum uixero. et post transitum meum sit donatio ista firma ad altare sancti stephani. et nos pro remedium anime nostre remissionem peccatorum nostrorum ut ueniam in futurum consequi mereamur que in perpetuum esse uolumus. et ideo nos tradidimus ecclesiam sancti Georii ad altare sancti stephani cum termine suo cum ad fetemuis adiunctis appendiciis acolabus mancipiis uiniis siluis pratis aquis aquarum uel decursibus com pascuis gregibus peculium utrisque sexus majore vel minore mouilibus et inmouilibus quicquid dici aut nominare potest. Si quis uero facturum esse non credimus nos ipsi quod absit aut aliquis de heredibus nostris seu qualibet persona calliditate commetus aut cupiditate prouentus ullo unquam tempore contra presente epistula cessionis nostre quam propter sancti loci spontania uoluntate fieri decreuimus uenire aut aliquid agere uoluerit tergiversatur extiterit. anatheme sit et conponat eicut lex est auri liberas II. argenti pondora V et haec testes tt. *cundalpereth* presbyter tt. *hutto*. tt. *Kerfrid*. tt. *hrodhelm* tt. *agilperech* tt. *husito* tt. *ezino* scripsi autem ego *nidkerus* domni episcopi *uualtrih*.

XI.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

TP 22

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego *rodheri* pro remedium anime meae sexi pro retributione uite aeterne dono atque trado et transfundo de mea propria hereditate atque quaesitione terram cultam et incultam ad sanctum Stephanum iuxta aquam qui dicitur *rota* terram domoque et horreo cum curte cum casale cum horto et cum pomerio cum campibus et pratis cum seruis et ancillis et omnes facultates meas trado ad sanctum Stephanum et stet firmatum in sempiternum et ita oro omnipotentem dominum ut si quis de heredibus meis uel cujuslibet persona hanc traditionem inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et sancto stephano primo martyre in fisco auri uncias XII coactus soluat domni regi quia contra legem egit. et haec traditio firma permaneat in omni tempore in cosmo preclara, et haec sunt testes, aospald 5) presbyter, uolf diaconus. et esaias diaconus. rantolf comis. tozi 6). adalhohc. adalhart. clauperht 7). caganhart 8). lantpald. helfrich. altrat. Mindeo 9). adalker. uezzik. nito.

5) In fragmento: uuospald.

6) In fragmento deest.

7) In fragmento deest.

8) In fragmento: Gaganhart

9) In fragmento deest.

XII.

Ante tempora Vivilonis episcopi 600 — 737.

TP 4. 748-788

In nomine domini nostri Ihesu Christi, ego *Ortuuic* de rebus meis quod possedeam notitiam uos faciamus quod ego tradam ad aecclesiam sancti *Laurenti* omnia quod possedeam nisi quod forniscam (lectio dubia) in uita mea post obitum meum omnia tradam ad ipsius ecclesiam S. *Laurentii* campis silvis pratis aquis vel decursibus aquarum. haec sunt testes *aodolt* tt. *cundhari* tt. *uuilleolf* tt. *Oto* tt. *adalunc* tt. *rodhart*.

XIII.

circ. 818.

TP 42. 795-805

In dei nomine Igitur etenim ego nomine *pozim* pro remedium anime  
meae. seu pro retributione uitae aeternae trado et transfundo ad  
sanctum Stephanum de mea propria hereditate dimidiam partem tale  
sic ego contra frater meus in partem tulissem sitam in pago  
*rotahkauue*. juxta aquam qui dicitur *ezizinpah* post obitum meum stet  
firmatum in sempiternum ad sanctum Stephanum et haec sunt testes  
nomina eorum. inprimis madalgoz Kaganhart engilfrid. adalhart. fresco.  
Kundachar adalperht engilker.

XIV.

Ann. 788.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego *etpurc* et filius meus *into* considerantes qua gravamur sarcina. peccatorum iterum (lectio verisimilior) reminiscentes bonitatis dei dicentis. Date elemosynam et omnia munda fiant uobis. De tanta igitur pietate domini confisi ob hanc causam aecclesiam construximus altarem ereximus episcopum inuitauimus. ut hunc altarem atque ecclesiam benedicere dignaretur quod ita factum est. hoc est dotum hujus ecclesiae. unum calicem et una patena de argentu. duas planetas I alba VI manicias. II corporarios. Iiutfridus et uxor ejus et du infantes ejus et terra ejus et quicquid habere uideretur. et alia mancipia quorum nomina haec sunt selpuni. uualthilt. ruodpirin et media pars de terra etpurge. et media pars, ratolfi I cauallu. et II boueues I uacca XII porcos et uiginti oues. Nunc quippe ego *etpurc* et filius meus *into* tradimus atque transfundimus ipsam aecclesiam cum ipsa substantia ad ecclesiam sancti stephani in urbe qui uocatur *bazzauuae* ubi praeest uenerabilie *uualtrihhus* episcopus. Isti sunt testes, arhart. angilperth. chintilo, snello. cundacchar. altman. alto presbyter, uualdman presbyter. Nunc igitur ego *uualtrihhus* episcopus concessimus atque prestauius ipsam aecclesiam et substantiam ejus usque ad obitum etpurge et post haec stabilis et firma, haec carta permaneat omni tempore ad aecclesiam sancti Stephani atque valentini. et ipsi sunt testes de hac re quod supra memorauimus. Acta est haec carta regnante domno *charlo* rege franchor. atque langupartorum et patricio romanonun in primo anno quando adquisiuit gentem bajuuariorum.

XV.

ao. Tassil. VII. h. e. Christ. 754.

TP 5. 754-08-08

Domno sacrosancte basilice 1) sancti Stephani que 2) est constructa in pago *Rotahgouua* 3) in castro qui dicitur *Bazauua* ubi *Sedonius* episcopus preesse videtur. Ego in dei nomine *Into* cogitans multitudinem peccatorum meorum vel pro relaxando ipsis peccatis atque pro aeterna retributione permitente *Tassilone* Duci dono ad jam dictum episcopatum a die presente villa que 4) est in pago *Rotahgouua*, que 4) dicitur *Sulzipah* 5) quem 6) mihi *Otilo* dux presentibus bonis *bajouuariis* hominibus perdonavit. donatumque in perpetuum esse volo cum omne sua marca. mancipiis. campis. pratis. silvis. aquis. aquarumque decursibus vel quicquid ad ipsam villam pertinere videtur. totum ad integrum dono 7) atque transfundo, ut quicquid jam dictus episcopus de ipsa facere voluerit liberam atque firmissimam in omnibus habeat potestatem. Si quis vero quod fieri non credo si ego aut ullus de heredibus meis aut quislibet opposita persona hanc donationem quam ego bona voluntate et cum comite *Tassilone* Duci fieri et firmare rogavi. venire aut frangere temptaverit inprimis usque de hac causa ad veram emendationem venerit iram Dei et sanctorum ejus vel penas inferni experire pertimescat. et non valeat vindicare quod repetit et partibus duci componat argenti pondus V. argenti libras III. et haec donatio a me facta omni tempore firma permaneat Actum *Bazauua* castro publici. Quod fecit Augusti dies octo agente *Tassilone* Duci anno VII 9) Sign: Into qui hanc donationem fieri rogavi. sign: Rantolf. Megilo 10). Antrih. Ratolf. Aodolt. Dieothelm 11). Bodalunc. Hildiperhtas 12) vocatus monachus rogatus hanc donationem scripsit 13).

1) manus antiquior: Sanctae basilicae.

2) man. ant. quod.

3) man. ant. Rotahgauue.

4) man. ant. : quae.

5) man. ant. : Sulcipah.

9) man. recent, supplet: et hi sunt testes.

10) man. antiq. : Magilo.

11) man. ant. : Theothelm.

12) man. ant. : Hiltibertus.

13) man. ant. : scribis.

XVI.

circ. 812.

In nomine dei summi saluatoris nostri Ihesu Christi Igitur etenim ego nomine *adalfrid* seruus seruorum dei in timore Christi et amore proximi tradidi tercia pars hereditatis me unum seruum cum uxore sua cum facultatibus suis et alias mancipias. VIII. nom. anzo. rathelm. reginhelm. alpurc deotpurc. heripold. uuillipurc. madalperht. ad aecclesiam beati *stephani* prima marthyris pro remedium anime meae et absolutione delictorum meorum III. Id. marti coram omnibus, qui tunc ibidem erant praestationem accepi ab ipso altare sancti stephani id ipsam terram dum uitam meam finiam et post obitum meum quoque discessum stet ad ipsam altare firman cum testibus. tt. ratolt. pero. pern. ratheri.

16 Cod. Patav.

XVII.

an. 795.

TP 41

Nihil tulimus in hunc mundum nec aliquid auferre possumus. Ego itaque *Madalgozzus* cogitavi aeternam habere me retributionem in caelo propter hoc tradidi et transfundi omnia quae habui ad sanctum stephanum ubi sanctus ualentinus requiescit in corpore et nihil relinqui. super casas et colonias et mangentes duo. et alias mancipias jumenta terrain cultam et incultam silvas pratas aquarum currentia et omnia quae habui in uilla nuncupante *ezzipah* et est secus flumina quae dicitur *raota* et nemo aliorum habeat potestatem post ea nisi ille episcopus qui preest domui sancti stephani et nostra conventio sic fuit quod si ueniat *madalhardus* filius meus et ille recipiat cum precaria et censum sancti stephani et illi episcopi qui preest domui ejus usque in obitum suum et post obitum ejus stet semper firmum ad sanctum Stephanum. et haec sunt testes qui audierunt et uiderunt hanc traditionem rantolf comis. Into chuntilo. perri. ratolt. pero, taozi. adalhart. itto. clauperht. isanker. aotker. adalhaoh. Kerhaoh. Ato. Siquis uoluerit hanc traditionem frangere aut ego aut alius de heredibus et coheredibus meis. primum iram dei incurrat omnipotentis et habeat luctam cum sancto Stephane coram deo et angelis ejus et haec traditio. firma permaneat et est factum in III id. aprilis anno XXVII regni Caloni regis.

XVIII.

an. 788.

TP 20

In Christi nomine ego *hiltinand* et filius meus *adalhoh* presbyter considerantes qua gravamur sarcina peccatorum iterum reminiscimini bonitatis domni dicentis date eleemosinam et omnia munda fiant uobis. de tanta igitur pietate domini confisi ob hanc causam tradimus atque transfundimus totam hereditatem nostram quod nobis contingit contra heredes nostros. in locum quae dicitur *raota* ad ecclesiam beati sancti *stephani* atque sancti *valentini* in urbae quae dicitur *bazauue* ubi praest *uualtrihhus* episcopus hoc est campis pratis silvis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis servis ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in hodierno tempore possidere videor. in ea tamen ratione ut post obitum meum firma et inlibata haec carta nihilominus firma permaneat Isti sunt testes, *hrodperht* diaconus. *Ipsa* diac. *madalker. uzant. sigipald. azilo.* acta est haec cartula. regnante, domno *charolo*, rege *franchorum* et *langubartorum* et patricio *romanorum* in primo anno quando adquisiuit gentem *baiuuuariorum*.

XIX.

Sub Waldrico episcopo 774 — 804.

In Christi nomine. Ego *meginhart* cogitavi vel pertractavi molam peccaminum eorum seu pro aeterna retributione in die iudicii et pro redemptione anime suae et pro anima patre sua. vel matri et pro anima conjuge sua et pro anima filia sua. Idcirco trado atque transfundo hereditatem meam ad aecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini sitam *bazaue* ciuitate et ad oratorium meum quod ipse aedificavi et quod *uualtrihus* episcopus dedicavit in XVII Kal. febr. \*) herea mea que est in loco qui dicitur *Sulzipah* cum campis et cum pratis cum silvis cum aquis aquarumque decursibus cultis et incultis mobilium et immobilium et. III. pars de tota pecunia mea peculium utrumque sexum Siquis uero quod futurum esse non credo aut ego ipse vel aliquis de heredibus meis uel quicquid opposite persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere uoloerit inprimis a consortio omnium christianorum et a liminibus aecclesiarum extraneus efficiatur et juda traditoris domini nostri Ihesu christi perfruatur consortio. Isti sunt testes de hac cartula tt. camanolf. fritilo. rihpald. heriolt. uuodunc. frumolt. hitto. hiltirih. rekinolf.

\*) Pro dedicationis die XVII Kal. febr. i. e. 16 Jan. quae simul dies dominica esse debuit, tantummodo quadrant anni 780. 785. 791. 802.

XX.

Sub Reginhario episcopo 818 — 838.

TP 73

Notitia qualiter isti iurauerunt pro illam marcam qua pertinet ad cellula qui uocatur *rota*, in primis heimo 1). arfrid. Ato. isanker liutol 2). uuelaperht. arpeo, plidker. meiol. Reginperht. Kerleip. perhtker. et postea illorum socii iurauerunt, Emiho. Anulo, haduperht. Reginhelm. helmperht. Uuolfperht 3). paldachar. altuni. uuiching. et postea illam in giro circumduxerunt. Actum fuerat coram illo episcopo *reginarius* seu *Kerolde* 4) com. similiter coram *engildeoe* com. et coram *engilpalde* uasso dominico in loco qui uocatur *trustara*<sup>5)</sup>. quod antecessores nostri temporibus Karoli Imperatoris habuerunt et nos postea temporibus Luduuuici imperatoris usque dum *gisalhartus* sine inquisitione abstulit. postea iurauerunt homines XIII quorum nomina sunt. Ato. Isanker. Otker. Erchanperht. heriperht. madalgoz. Reginhart. sigiperht. frohelm, uuiniman; drasamunt. Altperht. aeparhelm et firmauerunt ad sanctum Stephanum.

De illa cellula que uocatur *Rindpach* qua fuit in potestate sancti Stephani temporibus Imperatoris seu in illorum episcoporum uualtrihii episcopi. et urolphi episcopi. atque hatoni episcopi 6) et ego in potestate habui usque dum 7) ernus sibi eum injuste rapuit.

Ad *Chalpaha* qui uocatur *eotindorf* habuit ipurkc ibidem. illa reddidit oeconomus ejus coram Kerolte com. atque misso dominico et in presentia nostra seu in manus uocati nostri non potuimus ad uestituram peruenire.

Ad *perinpah* unam basilicam sine quisitione a sancto stephano raptum est ad filusa quod onhart tradidit ad sanctum Stephanum et vestiuit.

1) Brevior notitia : Hemo.

2) Brev. not.: liutolt.

3) Brev. not. inserit. perlitger.

4) Brev, not.: geroldo.

5) Brevior notitia super marcam ad Fiotam inserta fuit traditionibus pagi Matahgau.

XXI.

ann. 788.

TP 32

in nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego *hrodin* et soror mea *uuantila* considerantes qua gravamur sarcina peccatorum iterum reminiscimini bonitatis dei dicentis. Date elemosina et omnia munda fiant vobis. De tanta igitur pietate domini confisi ob hanc causam tradimus atque transfundimus totam hereditatem nostram seu in quesito nostro ad aecclesiam sancti stephani atque sancti ualentini in urbe qui uocatur *bazauue*. ubi praeest *uualdricus* episcopus hoc est campis pratis silvis aquis aquarumque decurcibus cultis et incultis presidiis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in odierno tempore possidere videor in locum que dicitur *haohunsteti*. dum diu uiximus in potestate nostra fiat, post obitum nostrum firma et inlibata hec carta nihilominus firma permaneat. Isti sunt testes, Isso presbyter, rihholf prb. Immo diac. aotker diac. pippi. Kerualh. azilo. sikimar. uuolfperht. Kakanhart. cnito. acta est haec cartula regnante domno *charolo* rege franchorum atque langubardorum seu patricio romanorum in primo anno quando inquisiuit gentem baiuuuariorum.

6) Hi tres episcopi praefuerunt 774 — 817.

7) Ernustus (legendum).

XXII.

ao. 779. al. an. Thass. XXXIII. nisi potius ante ann. 775, quia Wisurich episcopus ob. 774. (Ex duplici notitia.)

TP 6

In nomine Domini nostri Ihesu Christi temporibus gloriosissime ducis *tassiloni* 1) Anno ducatus mei 2) tricesimo indictione secunda. Ego *tassilo* trado atque confirmo ea quae ad ecclesiam S. Martini pertinent in loco nuncupante *Chirihheim* ad basilicam Sancti Stephani et sancti ualentini. seruos et ancillas seu tributales rures pratas campos, siluas. aquarumque decursus. mobile et immobile cultum et incultum. omnia ex integro ut diximus trado ad illam aecclesiam ut ibi sit firmum. et stabilitum. Si quis aulcm ulla opposita persona vel ego ipse quod fieri non arbitror aut aliquis de heredibus meis hec irrita facere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum iuda traditore. et causam cum beatissimo Sancto Stephano, et Sancto Valentino. et beato petro apostolo, et carta haec nihhilominus firma permaneat. Et hi testes tt. 3) duci *tassiloni* qui hanc cartam traditionis fieri mandauit 4) tt. 3) *Vuisurihi* episcopi 5) qui dedit propter hoc duas argenteas uasas 6) et duos pallios 7) et duos caballos et illa pecunia que habuit ad incingas. testes. *Virgilio* episcopo 8) rogitus a *uuisuriho* episcopo 9) tt. *Adalpehrt* abbas 10) tt. *Machelm* 11) utih 12). *Gundpald*. *Reginolf*. *Adalger*. Scripsi autem ego *Snelhart* indignus peccator 13) tamen diaconus hanc cartam traditionis. jussus ab Domno *tassilone*. Acta sunt autem haec in ciuitate publica nuncupanti *reganespuro* 14) regnante domino nostro in secula seculorum amen 15).

1) Secunda manus: Tassilonis.

2) Manus secunda ommittit: mei.

3) Manus secunda ommittit : tt.

4) Man. sec. : jussit.

5) Man. sec.: *vuisarih* episcopus.

6) Man. sec. : duo argentea uasa, (sed cum rasura aliqua.)

7) Man. sec.: duo palia.

8) Man. sec. : *Virgilius* episcopus.

9) Man. sec. : ommittit rog. a *uuisur.* episco.

10) *Adelbert* Abb. *Tegernseens.* conf. M. B. VI. praefat. pag. 6.

11) Man. sec. : *Maghelm*.

12) Man. sec. : ommittit utih.

13) Manus secunda ommittit: peccator tamen.

14) Man. sec. : *regenespurch*.

XXIII.

Sub Tass. duc. et Waldrico episcopo 774 — 788.

TP 23

In dei nomine saluatoris nostri ihesu Christi temporibus gloriosissimi anno ducatus eius nm. Indictione. Ego *adalhart* cogitante me de aeterna 1) beatitudine seu de poenali iudicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam Christoque adhaerentes uiam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia quae in illo loco *pholesauua* ex integro seruos et ancillas pratas rures campis. siluas aquarumque decursus mobile et immobile cultum et incultum ad basilica sancti stephani atque sancti ualentini. Ego *adalhart* pro redemptione animae meae ut ibi sit firmum et stabilitum. isti sunt testes, *frumold. uuicnand. ratnand. meginheri. ratolf. uuigo. orilon prb. aluho. isanfrid*. Scripsi ego contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causant cum beatissimo sancto stephano atque sancto ualentino et carta haec nihilominus firma permaneat.

XXIV.

Sub Carolo Imperatore 800 — 806.

TP 52

In dei nomine ego *friduperht* et ego *takaperht* pro remedium animae nostrae seu pro retributione uitae aeternae donauimus atque tradidimus et nostra propria hereditate atque quaesitione terram cultam ad sanctum Stephanum sitam in pago *rotahkauue* juxta aquam qui dicitur *uuolfaha*. terram. cum domo cura orreo cum curte cum casale cum orto, et cum pomerio cum campibus et pratis cum seruis et ancillis et omnes facultales nostras et utensilia nostra tradidimus ad sanctum Stephanum post obitum nostrum stet firmatum et ordinatum in sempiternum ad usum fructuarium et ita oremus et respiciamus ad deum. ut siquis de heredibus meis aut aliquis homo hanc traditionem frangere conauerit currat in iram dei ac sancti stephani primi martiri et duodecim uncias coactas saluat domni caesarii quia contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes et nomina eorum *adalperht*. *socco*. *engilhart*. *nidhart*, *hartmot*. *Treso*. *reginhart*. *paturih*. *ratperht*.

XXV.

Sub Arnone Episcopo Salisburg. 785 — 797.

De beneficio sancti stephani Noticia quendam uir nomine. *Tagadeo* erat nobilis sicut in prouincia solent fieri conuenit itaque. quod *roodlant* abbas et *roodbertus* quaesierunt unum beneficiolum ad ipsum superius dictum In praesentia arnoni episcopi in uilla nuncupante *aotingas*. dixeruntque quod ipsad beneficiolum in illorum potestate maius deberet consistere quam in alterius cum ipso possessore nomine roodunc et a econtrario ipse *tagadeo* ressonsum dedit ut taliter numquam fuisset factum neque uisum neque auditum. de eo nec de ullius proximis suis et iudicatum est inter illis. ut ipse *tagadeo* iurasset cum fratre suo nomine *uueladeo*. ut et ipse *rodinc* tocius cum ipso beneficiolo debuisset consistere in suum seruitium quam in ullius alterius. et iurauit ipse eadem iuramentum et iudicatum erat et finitum inter illos est et per ipsum sacramentum uoluit iurare. into. castaldius cum sacramentalibus euis. cum amm et snellin. et altrate. et cum ceteris ut edem causa fuissent uidentee et audientes. et firmantes ubique herum eadem causam dom, arn episcoqus recepit. uoluit. posteriorem sacramentum audire dixitque. et illos similiter credere et nullum hominem amplius pro eadem causam inquietare licere. \*)

\*) Hic finis manus antiquissimae et quaternionis pro pago Rotagau. Pro eodem pago incipit manus secunda.

Cartae de Traditionibus ad S. Stephanum de Rotahkowe

XXVI.

ao. 847 et juxta Indictionem 848.

TP 81

Notitia qualiter *hludouuicus* rex capellam ad *izingon*. Engildeo diacono commendauit dirigere et reuestire sanctum stephanum et *hartvuicum* episcopum cum emunitate manus ipsius regis ita tamen ut dum ipse supradictus *engildeo*. et mater ejus aduixerint usu fructuario habeant et emeliorata dimittant ad loca supradicta. Hii sunt testes, vualtilo.

Engilpold. Teuid. hardker. vualtunc. Amalrih. hiltrih. Ratolt. Liutrih.

erlapold. Gundheri. Actum in ciuitate *pattauia*. Anno domini

DCCCXLVII. Regnante hludouuico rege anno Indictione XI. V. Id.

Maii.

## XXVII.

ao. 834. cum actis praecedentibus 788 — 804.

TP 28

Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum uitae temporis subitanam transpositionem esse uenturam. Oportet ut non inueniat unumquemque hominem in utroque sexu inparatum ne sine aliquid boni operis refectione migraret de seculo. Sed dum in iure suo et potestate consistit preparat sibi uiam salutis per quam ad eternam uitam ualet peruenire. Sacra scriptura testante qui hic domino largiturus erit parua. accipiet centupla in eterna uita. Quapropter quendam matrona nomine *uuerdni* temporibus domni Karoli beatam memoriam dum *uualdrichus* episcopus uice pastoris praesesset sedem sancti stephani. quod est constructum in ciuitate *pattaulae*. ipsa quoque supra dicta, matrona coepit sollicita intentione uitam incertam mundi istius Sollerter intueri ac procurare salutem animae suae et hoc quod possedit in loco qui uocatur ad *antesnam* illuminam ipsud quoque. quod ei uir suus *engilpreht* comis ad legitimum dotem concessit et per testimonia plurima ei confirmauit. Hi sunt testes. ludouuich. chuntilo. snello. isanger. adalhoh. irminfrid. otker. retcho. into, adalfrit. ratheri. Gerhoh. ato. Kundrat. Kangolf. uuigo. erchanhart. Ipsum quoque praefatum locum quod situm est iuxta flumine qui uocatur antesna pro amore uitae aeternae tradidit pleniter ad sanctum stephanum cum omni integritate quicquid ibi habere dinoscitur. et per plurima testimonia confirmauit ea u??? ratione ut illud sub ipsius potestate consisteret in uita sua. et hi sunt testes. Rantolf comes. Ratolt. chuntilo. Gundrat. adalhart. odalrih. pern. Ratheri. Haec uero per plurima tempora dilationis nunc in spacio praesenti huius temporis ipsa praedicta matrona N. *uuerdna*. coepit ualde fortiter egrotare pene uitam finisi sed. dum esset in illa ualida infirmitate rogauit annum chor episcopum ipsius sedis adduci ad se et tradidit omnem traditionem in manu sua et ita per plurima testimonia confirmauit et hi sunt testes. Chuniperht. Patarih. Meginhart. uodinc. Domino quoque miserante ipsa est recuberata et ad uitam istam. reuersa et iam regressa est ipsa ad ecclesiam sancti stephani praesente reginhario episcopo cum omni familia domui ipsius cum cetera uiris nobis quam plurimis. insuper hec omnia tradidit iterum semet ipsam ad altare sancti stephani cum omni integritate substantiam et possessionem suam in illo praedicto loco ceteris edifitiis cum mancipiis nominatis. odalpald. meginperht. adalpald. Gerolt. adalhelm. uualthart. Liupsuind. merina, terram cultam et incultam siluam omnem proprietatem suam quod ubicunque habere uidebatur et in ipsa hora traditionem suam anteriorem et posteriorem iterum renouabat in uice tertia omnia haec et ipsam traditionem reddidit in manum ipsius episcopi ut omnia sua essent deinceps a die praesente in potestate et dominatione, eiusdem acclesiae episcopo et ipsius familiae sine uilla commutatione firmum et stabilitum ad illum domum dei permaneret perpetualiter inconuulsum. Hi sunt testes Luidperht. patarih. ihho. rihhart. uuelamuot heipfrid. irminger. snello. rantolf. irminperht. othelm. Grimparht. et postea iterum quarto tempore supradicta renouabat et cum testibus iterum firmauit. Hi sunt testes. Gerolt. irminperht. meginhart. patarih. uuchelm fricho adalhoh. Actum erat anno incarnationis DCCCXXXIII. Indict. ?II. VII. Kal. aug. in *patauia* ciuitate.

XXVIII.

Sub Richario Episcopo 899 — 903. (Ex duplici notitia.)

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Nouerit namque omnium fidelium industria sanctae dei ecclesiae. tam praesentium quam et futurorum. Qualiter ego *Fato*. humilis clericus. tradidi quasdam res proprietatis meae ad S. Stephanum protomartyrem Christi, sanctumque confessorem Valentinum. Et ubi uenerabilis episcopus *Rihharius* regulariter. atque canonice *Patauiensi* sedi diuina largiente gracia preesse cognoscitur. hoc est in loco nuncupante *Heiminga*, specialiter *hufzahus* 3). iuxta fluuium qui uocatur *Salzaha* australi parte predicti fluminas, et septentrionali in loco qui dicitur *Holzhusa*. cum mancipiis ibidem seruientibus. cum aecclesia. et curtis. septis. casis, curiis. aedificiis terris, agris. pratis. pascuis. silvis. aquis. aquarumue decursibus cultis et incultis. mobilibus et immobilibus. et cum omnibus appendiciis et adiacentibus earum. in manus supradicti episcopi Rihharii et Engilbarni Aduocati ejus. Haec omnia jure hereditario tradidi. atque transfirmaui. Ea uidelicet ratione. ut quicquid beneficii ex supra scripta sede habere uisus sum ex hodierno tempore vsque ad terminum uitae meae. securiter. et absque ulla animositate. iam dicta traditio. me habere liceat. Et ut haec cartula utriusque traditionis. firmior habeatur. istis testibus praesentibus confirmatam et inconuulsam firmitatem esse decreuimus. Quorum nomina subter inserta uidentur. Altman. Gundpert. Otperht. Irminolt. Diotger. Chuniperht. Cotuni. Engilpreht. Oto. Engilluan. Humperht. Reginolt. Adalperht. Actum in eadem ciuitate *patauiiae* sub die Non. Maj feliciter in dei Nomine amen.

3) In altera notitia legitur : Ufzahus.

XXIX.

ann. 788 — 800.

TP 24

In Christi nomine. Ego *Claupreht* pro remedium animae meae seu pro retributione uitae aeternae dono, atque trado de mea propria hereditate atque quesitione terram cultam et incultam ad sanctum Stephanum. sitam in pago *hrotahgouue* in loco qui dicitur *tatinga* terram cum domo, cum horreo, cum curte, cum casale, cum horto. et cum pomerio. cum campibus. et pratis. trado ad sanctum Stephanum et stet firmatum in sempiternum. et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis, vel cujuslibet persona hanc traditionem inire sen frangere conaverit coram summo Deo reddat rationem et sancto Stephano primo martyre in fisco auri untias XII. coactas soluat domno regi et contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. Et hi sunt testes. *Apalhart. Ralolf. Svntheri.*

6) Hic desinit prior notitia, cum reliquis duobus foliis studio excisis. Altera notitia ultima est traditionum in pago Matahgau. Fragmentum primae notitiae excipit finis alterius fragmenti, cujus lectiones variantes supra in No. 11. habentur. Continuatio in No. 89, eadem secunda manu scripta, relicto ordine pagorum, quem Codex hucusque ut plurimum secutus est, exhibet promiscue notitiae, intermixtis etiam copiis diplomatum et aliorum documentorum.

XXX.

Ann. 812.

TP 64

Haec traditio *Romani* et *Gerhardt* in Christi nomine et cum suo auxilio sancto. Ego enim *Ruman* et *Gerhart* tradidimus omnes facultates nostras ad altare sancti stephani cum campis et pratis cultam terram. atque incultam. simulque cum mancipas et omnia utensilia eorum in loco nuncupante *tuttinga*. et *perinpah* pro remedio animarum nostrarum. et pro absolutione delictorum nostrorum coram omnibus praesentibus nobilium et ignobilium. qui tunc ibidem erant et testibus confirmauimus et firmatum est. De cetero notum sit omnibus deum timentibus et ejus praecepta servantibus quod in praestationem accepimus ipsaa facultates nostras ab ipso altare sancti stephani usque dum uitam nostram finiamus et post nostrum quoque discessum. stet haec traditio firmata ad sanctum stephanum. et quisquis nostrum suprauixerit alterum habeat ipsas ambas facultates nostras. usque dum uita sua finiatur. et postea sint firmas ad sanctum stephanum et ueris uinculis connexas et firmiores sint ferro, et insolubili uinculo ligatas. Actum est autem hoc feria V. die VIII. Kai. julii ad missam S. Johannis. indict. V. \*) et hi sunt testes. ??ro. Ratolf. Hiltiger. Landfrid. Vuigo. Engilhart. Sigimar. Selpker. Sipiho. Peregrim. Otheri. Salaho. Kauuant.

\*) Indict.- V. feria V. et VIII. Kal. Jul. fest. S. J. Bapt. 24. Jun.

Cod. Patav. 29

XXXI.

an. 821.

TP 76

In nomine domini nostri Ihesu Christi Notum sit omnibus uobis hic audientibus vel aspicientibus nobilibus vel ignobilibus Quia ego igitur N. *strutolf* propriam hereditatem meam trado et transfundo Reginhario episcopo hoc est in loco qui dicitur ad *chuningaropah* ita dono vel trado ipso praefato episcopo uenerabili cum domo cum curte cum horreo, cum mancipiis et pecoribus cum terris cultis. et incultis. cum pratis. cum campis. vel omnia quicquid in ipso loco possessione mea uidetur. ita ut ab hac die praesente talem potestatem habeat iam praefatus episcopus reginharius in propriam alodem suam firmiter deinceps habeat tanquam de patre suo in hereditatem ei dimittetur. absque ullius contradictione parentum meorum habeat contra uictum et uestimentum meum usque in uitam meam per hanc traditionem. Hi sunt testes per aures tractati qui uiderant et audierant. Isker. Gotaperht. Erchanperht. Ellandio. Adalgoz. Reginperht. Madalgoz. Gotadeo. hrodachar. Salucho. Ramuuolf. Actum est autem hoc in loco iuxta flumina quae uocatur *rota*, die mensis XIII. Kal. Maii Indictione XIII. anno domini hludouuizi imperatoris. VIII regni sui.

XXXII.

ao. Chr. 806. — Imperii Car. M. VI.

TP 59

In dei nomine. Ego *Altrah.* pro remedio animae meae trado et transfundo propriam hereditatem meam quod mihi pater meus morions dimisit *Keilo.* terram cultam et incultam ad sanctum Stephanum sitam in loco qui dicitur *Scardinga.* et omnes facultates meas, terram cum domo, cum horreo, et aliis aedificationibus qui in illo loco sunt. stet firmatum. et ordinatum ad sanctum Stephanum usque in sempiternum. Et ego *Vrolf* tamen per dei misericordiam uocatus episcopus memoravi dicta S. Johannis. qui uiderit fratrem suum necessitatem patientem. et cetera, per dei timorem et amore proximi prestavi ipsam rem sicut ante numeratum est homini altrati post obitum ejus stet firmatum et ordinatum usque in sempiternum. Et hi sunt testes. Ratolt, altrat. Sigihelm. Geparhoh. hitto. ihho. Rihgouuo. heidanrih. folcrih. isanhart. Gotaperht. Actum est hoc regnante Imperatore Karolo. IIII An. Indict. XIII mensis VII Id. Aprilis.

XXXIII.

Sub Carolo rege. 788 — 800.

TP 25

In nomine dei summi. temporibus gloriosissimi regis Karoli. Ego *gundolf* cogitante me de eterna beatitudine sev de poenali iudicio. qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam. ob hanc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia que in illo loco qui dicitur *pholesouue* habeo. ex integro seruos et ancillas. pratas. rures. campos, siluas. aquarumque decursus mobile vel immobile cultam vel incultam ad basilicam sancti stephani. et sancti valentini. pro redemtione animee meae ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartam traditionis qualibet obposita persona contra ire uoluerit. irram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimo sancto stephano. et carta haec nihilominus firma permaneat, et hi sunt testes. Adallcoz. machelm. Ratperht. muotolf. adalof. Lanheri. Gozpreht.

Cod. Patav. 31

XXXIV.

ao. Chr. 788.

TP 19

In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego *alto* presbyter considerans qua gravamur sarcina peccatorum. Herum reminiscimini bonitatis dei dicentis. date elemosinam et omnia munda sunt vobis. De tanta igitur pietate domini confisi ob hac causa ecclesiam construxi. Altarem erexi. episcopum inivitavi ut hunc altarem atque ecclesiam benediceret in honore sancti Stephani. quod ita factum est. Ego alto trado istum altarem cum omni hereditate mea. et cum hereditate fratris mei *asin*. sev in quesito meo. et omnia que nullo donat deus in hoc mundo, et me ipsum trado. ad ecclesiam sancti Stephani et sancti Valentini. in urbe que vocatur bazauuae ubi praeest Vualtricus episcopus. Hoc est pratis campis. siluis. aquis aquarumque decursibus. cultis et incultis. seruis et ancillis. peculium utrumque sexum mobilium et immobilium. Et locus est nominatus *Sulzephah*. Hi sunt testes adalcoz presbyter, alto diaconus. esaias diac. into, chuntilo. snello. gundachar. paldrih. Adaiger. Ruodker. Acta est hec cartula regnante domno Karolo rege francorum atque langubardorum in primo anno quo inquisivit gentem bauuariorum. et est patritius romanorum. Dum diu ego uixero in potestate mea fiat, post obitum meum firma et inlibata haec cartula permanent.

XXXV.

ao. Chr. 818.

TP 68

In nomine dei summi. Dum non est incognitum sed plurimis ponitur notitia. qualiter *helfrih* suam propriam hereditatem cum conjugo sua. N. *Vuanpurch*. quod ei ad justitiam pertinebat. tradidit ad sanctum Stephanum. Igitur enim ego *helfhrih* vna cum conjugo mea prefate femine. trado atque transfundo propriam hereditatem meam ad sanctum Stephanum ubi preciosus confessor Christi S. Valentinus corpore requiescit. hoc est in pago illo qui dicitur *rotahgouue* in loco qui dicitur *rezunpah* ita trado. atque perpetualiter transfirmo ad sanctum Stephanum pro remedio animae meae sev pro absolutione delictorum meorum vel in memoriam parentum meorum hoc est cum domo, cum curte, cum mancipiis. vel pecoribus. terram cultam et incultam. pratis. campis. siluis et omnia utensilia mea quicquid ibidem dinoscitur habere. ut deinceps firmum sit et stabilitum post obitum meum. facta est autem haec traditio in primo anno quando reginharius episcopatum accepit. coram illo simul cum omni familia sancti Stephani et cum aliis nobilibus laicis. die prid. Id. Augusti. Et hi sunt testes. *Vuodalrih. isker. adalger. Chuniperht. Ruodinc. Erchanperht. Isanhart. Madalhelm.*

Cartae de Traditionibus ad S. Stephanum de Trungovae.

XXXVI

Sub Rihhario Episcopo 899 — 903.

Notum sit omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus. qualiter quidam venerabilis ac religiosus comes, nomine Guntheri pro remedio anime suae et eterne mercedis augmento, tradidit (*locus detritus sex vel septem syllabarum, quorum verisimilior lectio: suam hereditatem deo*) et S.

Floriane Martyri Christo et congregationi clericorum ibidem in loco die noctuque servientum. quicquid Albrih vasallus suus in beneficium ab ipso Gundario habuit acceptum. inter anesum fluvium et erilelaff iacentem. et in mamun Rihharii humilis antistitis manu potenti et (*locus detritus duodecim circiter syllabarum, quarum verisimilior lectio: legitimo advocato suo Rantolfo*) Ea videlicet ratione ut post obitum vite sue cum omni integritate ad sanctum Florianum domum redeat nullo posterorum suorum seu propinquorum contradicentium obstaculo et in alio loco. qui Pipurc a vulgo nuncupatur quicquid Eigili vasallus suus in beneficium habere dinoscitur. tradidit ad S.

Laurentium. cuius reliquiae in ecclesia quae prope civitatem Lahoriaha secus murum constructa est. requiescunt. et eidem . . . bo \*) illuc servienti hoc totum in jus et dominationem praedictis martyribus sine ambiguitate securiter donavit et tradidit. Et deotrico filio Gotideonis hanc potestatem in praesentia praedictis episcopi dedit, vestituram utrorumque locorum agendi. Et ipse deotricus primum testis est huius traditionis per aures tractus. et Engilmar. Otachar. Hitto. Paterih. Salaman. Vuolafrid. Actum ad Pataviam civitatem in dei nomine amen. \*\*)

XXXVII.

Sub Ludovico German. Rege et Hermanrico Episcopo

866 — 876.

Ex duplici notitia.

In nomine domini sit omnibus notum qualiter ego Einheri una cum coniuge mea. N. Irmsuind talem hereditatem qualem ad euuisteti habuimus. tradidimus ad sanctum stephanum. et mancipia ista. teotol et ratni uxor eius. In ea tamen ratione ut nos ad uitam nostram hec teneamus. et insuper illam terram a supradicto loco quam gaganhardus. presbyter frater meus ad sanctum stephanum tradidit ad uitam nostram in beneficio habeamus ab episcopo patauiae ciuitatis N. Ermenrico uel successore eius. et post obitum meum seu coniugis meae ad sanctum stephanum omnia redeant. et quecunque tradidimus in domibus. in edificas, in siluis. cultis et incultis. in uiis et in inuis. in agris. in pascuis. in campis in finibus omnia in memoria nostra et parentum nostrorum ad domum dei pertineant sine ullo contradictu. Et hi sunt testes per aurem attracti rihgauuo. gotescalc. rumolt. engildeo.

XXXVIII.

Sub Otgario Episcopo, qui iuxta Schritovinum rexit ecclesiam patav.

624 — c. 639.

TP 71. 815-821

Dum non est incognitum sed coram plurimis ponitur noticia qualiter *Reginolf* presbyter propriam hereditatem ad ecclesiam beati Stephani martyris infra muro civitate *Patavie* tradidit sicut hic continetur. Igitur enim ego *Reginolf* per misericordiam dei coepi cogitare pro remedium animae meae seu pro absolutione delictorum meorum. ut in aliquantulum de peccatis meis in die iudicii minuere dignetur. Quapropter trado et transfundo hereditatem meam ad praefato basilicae in loco nuncupante *Alpunesfeld* in pago *Trungouuae*. hoc est cum domo cum curte cum orreo et cum terris arabilis cum pratis tam cultis quam et incultis. cum mancipas vel quicquid in ipso loco mea videtur possessio. post obitum meum ut ibi sit firmum et stabilitum usque in aevum. In ea vero die manentibus *Otkario* vocato episcopo una cum filibus (fidelibus?) suis in loco nuncupante ad *Puoche*. ubi preciosus martyr *Florianus* corpore requiescit ut ipso praefato presbytero a nobis humiliter rogante praestare ei quasdam causas a sancto Stephane una ad *Oftherigon*. alia ad *Tegerinpah*. In ea vero ratione econtra. suam traditionem ipse renovavit. quia antea coram *Erchanfrido* vocato Episcopo similiter fecit, et nobis placuit atque convenit. quas ipsas res quae superius nominavimus ei praestavimus. Post obitum ejus ad sanctum Stephanum absque ullius contradictione redeat. Et hi sunt testes : Egino. Reginolt. Auotilo. Erchanmar. adalger. Salaman. Aparam. Vuentilger. Heripolt. Reginhart. Rihgoz. Puosilo. Asperht. Salago. Ruodkis. Paldheri. Madalgoz. Heriperht. Gundhart. Deothoh. Lantrih. Taho. Rihcouuo. Gotaperht. Werinheri. Gerhart.

XXXIX.

ao. Chr. 799.

Latores legum sanxerunt. ut qui de substantiis vel rebus ecclesiasticis alicujus aliquis conaverit commodare hoc coram pluris testibus per scripturarum seriem firmiter roboretur ut in seivum inconvulsum quiverit perseverare, et non etiam unquam abstrahendi sunt a jure ecclesiastico. Dum et omnibus non habetur incognitum qualiter ego Keroldus comes postulando petii et obnixa prece deprecatus sum. Waldrico episcopo quendam capellanum ipsius ex cessione regis ut nobis eam in beneficium concedere deberet usu fructuario excolere. Quod ita et ipse propter amorem et magna dilectione nostra taliter visus est celsitudinem nostram honorare vel studium honoris impendere, et ipsum prestitum dixit nobis esse concessum. Hoc est in pago Trunouue in loco cui vocabulum est Linzae super magno flumine Danubio id est: Ecclesia quae est constructa in honore sancti ac beatissimi Martini episcopi atque confessoris Christi, cum omni pertinentia vel soliditate sua quicquid ad ipsam ecclesiam vel ad ipso castro aspicere vel pertinere videtur. que quondam Rodland capellanus domini nostri regis in beneficium tenere visus fuit. Et postea domnus rex ipsum pontificem per suam clementiam ipsam capellam vel rebus ipsius sub omni custodia vigilantia cura et pastoralis gubernatione tradidit regendum, nunc vero nobis in quantum sua fiat dominatio usque ad obitum vitae nostrae vel usquequo nostra decreverit voluntas libero arbitrio statuit ipsas res nobis frui dominare atque possidere. Propterea visi sumus censire exinde ei annis singulis de argento solidos XX. ut ipsos ad nativitatem sancti scilicet Johannis Baptistae quod est VIII. Kal. Julii exsolvere non tardamus. et statim complacuit nobis ut in aliqua minoratione res ipsas eminare non debemus. et post obitum nostrum ad ipso loco integritate deservire valeant secundum pristinam institutionem. Actum ad Triesma quando illa sacra anno resedit. die XX mens Junii Indictione VII in anno XXXII regni caroloni regi.

XL.

ao. 820.

Non est nunc incognitum. sed plurimis ponitur notitia. quomodo vel qualiter vir uenerabilis Odalscalh pbr. omnes possessiones suas tradidit ad S. Stephanum propriam hereditatem suam in loco qui dicitur ad hrodoluingum quicquid habuit cum terris arabilis vel cum mancipiis et pratis sive cum pecoribus. Post obitum quoque illius accessit frater ejus ruodolt. et inde cum injustitia hoc abstraxit. dixit etiam alodem suum debebat fieri perrecte. et frater ejus non potuit tradere. et ita in male contentione contendebat coram multis. Postea vero post nullis diebus in se reversus. quia non potuit tenere. dixit ergo se culpabilem esse contra deum vel contra ipsos Sanctos ubi traditum fuerat. profitebat se ipsum pleniter emendare contra ipsam causam Dei et contra episcopum. Tunc vero reddidit et vestivit Reginarium episcopum vel advocatum ejus nom. Alpkis omnia quicquid injuste inde ablatum habuerit. et ita dedit uadium suum. quod nunquam postea hoc placitum non moverit. et firmiter ac stabiliter reddidit ad s. stephanum sicut prius praefatus frater ejus presbyter traditum habuerit. Actum est autem hoc in loco nuncupante ad Linza coram Reginario episcopo eimulque Willihelmo comite die Kal. Jan. Anno regnante domno hluduuuico Imperatore VII Indict. XIII. Et hi sunt testes per aures tracti. qui viderant et audierant. Willihelm com. Alpkis. Slagast. Isker. Ratolt. Erchanperht. Gotaperht. Ellandeo. Engildeo. Ratolf. Uilliheri. Adalhelm. Ekkihart. Eginolf. Ruodolph. Emicho. Ruodrich.

XLI.

Sub Hartwico Episcopo 840 — 806.

TP 80

Breve Commemoratorium de rebus S. Stephani. quas antecessores nostri episcopi vestiti erant temporibus Karoli Imperatoris et deinceps ibidem dinoscitur pervenisse sicut supradixi. Trado atque firmabo ad monasterium vel ecclesiam dedicatam in honore S. Stephani primi martyris. ubi pretiosus domnus S. Valentinus corpore quiescit. quae est constructa intra murum civitatis. *Pataviae*. ubi vener. vir domnus *Hartuuicus* episcopus cum turba plurima canonicorum pastor et rector praeesse videtur. Ista traditio facta in praesentia supradicti episcopi vel laicorum multorum loco publico nominate *Linza* Octo Kalendarum nouembrium. ut et firmior fieret. isti sunt testes per aures tracti. Ruodolf. Ilpungc. hishad. Chuntilo. Ruotpreht. Sunigast. Lantfrit. Parmolf. heripreht. Puopo. Cundpreht. Rihhart. Alpuni. Reginger. Uuolfpreht. Adalker. Cotadeo. Engilhelm. Uuolapreht. Ueriuuolf.

XLII.

ante annum 820. confer. N<sup>us</sup> 40.

TP 36. 791-803

In dei nomine ego enim *odalscal* presbyter cogitavi pro remedium animae meae seu pro eternam retributionem in die iudicii. Idcirco trado atque transfundo hereditatem meam in loco qui dicitur ad *ruodoluingon* ad ecclesiam beati sancti stephani et sancti ualentini. in *batauia* ciuitate. hoc est terris, pratis. aquis aquarumque decursibus. cultis. et incultis. mobilium. et immobilium. seruis, et ancillis. peculium utrumque sexum. vel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. In ea tamen ratione firma et inlibata hec cartula omni tempore permanere debeat. sit quis uero quod futurum cese non credo, aut ego ipse aut aliquis ex hereditatibus meis qui contra hanc cartulam templare aut frangere uoluerit. a consorcio omnium christianorum et a liminibus ecclesiarum extraneus efficiatur. Et hi sunt testes *madalker. cundalperht. presbr. iohan. altman. ihho. hucco, otachar. helmfrit. ezilo. uuaninh.*

XLIII.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

TP 26

In nomine Domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi, temporibus gloriosissimi Caroli regis. Ego *Ilpunc* et uxor mea *Imma*, et filius meus. *Naccho* cogitamus nos de aeterna retributione seu de poenali iudicio. qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statuimus in animum nostrum de propria hereditate nostra aliquid Deo conferre. tradimus itaque omnia substantia nostra que habuimus ad *Prampah* et ad *Tuturuna*. et *Aninsezza*. et ad *Papinrisch*. post obitum nostrum et integro, servos et ancillas. pratas. rures. campos, silvas, aquarumque decursibus. ubi currunt in potestate nostra. mobile vel immobile. cultum et incultum ad basilicam S. Stephani prothomartyris Christi pro redemptione animae nostrae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartulam traditionis quilibet opposite persona contra ire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum iuda traditore. et causam cum beatissimis sancti stephani et sancti Valentini et carta haec nihilominus firma permaneat. Et hi sunt testes. *Chuntilo*. *Snello*. *Gunthart*. *Ratolf*. *uuighnand*. *adalhart*. *Irmpreht*.

XLIV.

Sub Erchanfrido episcopo, qui iuxta Schritovinum ecclesiam patav. rexit 600 — 624.

Manifestum est et salubre, juxta dei sententiam dicentis. Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. quicquid ad loca sanctorum condonemus. ei sine dubio. qui in coelo est porrigemus. Hec igitur ego Sigiricus presbyter mente pertractans pro remedio animae meae et mercede futura cum Christo renovati traditionem meam. quam olim factam habueram ad sanctum Stephanum anteriorum episcoporum temporibus. Erchanfrido vocato episcopo praesente et donavi de proprietate mea mancipia VII et dimidietatem terrae meae in loco mncupante Herigisinga. Domum vero meam extra hanc traditionem dereliqui. Item ad Truna donavi quicquid ibidem visus sum habuisse omnia ex integro undecunque ad meam pervenit dominationem tam de alode quam et de emptione de lucro meo. Haec enim sunt quae donavi. casam cum curte et reliquia aedificiis. cum terris, pratis. pascuis aquis earumque decursibus. mulinos II. quicquid dici vel nominari potest possessionis meae ut praefatus sum omnia ex integro ad sanctum Stephanum deligavi. Hac tamen ratione ut dum advixero omnia quae supra scripta sunt simul cum beneficio sancti Stephani mihi concesso in mea potestate consistent, et post obitum meum omnia emeliorata ad sanctum Stephanum revertantur. Si quis autem hoc placitum emulare voluerit aut infringere. volo habere potestatem de meo proprio dare ubicunque mihi placuerit. et beneficium quod nunc possideo ad supradictum locum sancti Stephani revertatur, Haec nomina illorum testium qui praesentes aderant. Starcolf clericus. Irminperht. Gozpato oportunos tt. Irminperht. Rihhart. Sigifrit. Rihcoz. Ostilo. Waltant. Madalker. Durinc. Willihelm. Epil. Ascarih. Ruodperht. item de Tuenengouue. Jacob. Folcrih. Uuenilo. Actum ad sanctum feria II die XI Kai. Septembris. Scripsi autem ego Plidolfus ad vicem Ellenhardi diaconi feliciter in domino die Kai. Sept. \*)

\*) Feria II. et dies XI. Kai. Sept. sub Erchanfrido Episcopo non nisi ao. 600, 606, 617 et 623. coincidunt.

XLV.

ao. Chr. 782.

TP 12

In nomine domini Dei nostri Ihesu Christi, temporibus gloriosissimi ducis tassilonis anno Ducatui ejus XXXVIII Indict. V. cum consensu et licentia predicti principis. Ego Iantperht trado atque confirmo ea quae habui in loco nuncupante *Dratihaha. uuiuuari.* et in alio loco ubi dicitur *inone* aqua servos et ancillas seu tributales rures, pratas. campos, silvas, aquarumque decursibus. mobile et immobile, cultum et incultum. omnia ex integro ut diximus trado ad illam ecclesiam sancti Johannis, et cum ipsa ecclesia Sancti Johannis. ad basilicam sancti Stephani et sancti Uualentini. absque continet uxorem meam. ut ibi sit firmum et stabilitum. Si quis autem ulla opposita persona vel ego ipse quod fieri non arbitrer, aut aliquis de hereditatibus meis hec irritam facere uoluerit iram del omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore. et causam cum beatissimo sancto Stephane, et carta hec nihilominus firma permaneat. Et hi sunt testes. uuilliperht. Isandeo. Engildeo. Reginhelm. hodoloh. ruotperht. regilolt.

XLVI.

ao. 815.

Nihil sibi quisquis cernitur de hoc seculo de rebus suis propriis sumere. nisi tantum Deo largiente ut in elimosinam datur. Quapropter ego in dei nomine Engilger presbyter coepi cogitare pro remedium anime meae seu pro absolute delictorum meorum. trado atque confirmo propriam hereditatem meam in loco qui dicitur Aduualdi juxta aquam. quae vocatur Dratihaha. ecclesiam cum domibus. aedificiis curtiferis. atque mancipiis ibidem manentibus vel aspicientibus. campis. pratis. cultis quam incultis. cum pecoribus. vel quidquid in ipso loco mea fuit possessio vel dominatio. tarn de alo de. quam et de comparato, trado et transfundo ad altare S. Stephani et S. Valentini. mea potestatiua. manu ut sit ibi firmiter et stabiliter absque ulla contradictione in aevum. Et siquis deinceps. quod futurum esse non credo, si ego ipse. quod absit. aut ullus de hereditatibus meis ac prohereditatibus. qui contra hanc cartulam donationis malo ordine venire aut eam calumniare temptaverit. a liminibus sanctae dei ecclesiae excommunus et sequestratus appareat. et quod repetit nullo modo evindicare praevaleat. sed praesens haec donatio firmiter permaneat. Actum est autem die II Non. Octob. coram familia S. Stephani in praesentia Hatoni episcopi. secundo anno regnante Domno Luduuico Imperatore.

XLVII.

circ. 782.

Dum non est incognitum sed coram plurimis ponitur noticia, qualiter  
snelrih presbyter propriam hereditatem suam ad ecclesiam beati  
Stephani martyris infra muros ciuitatis patauia tradidit sicut hic  
continetur. Igitur ego snelrih per misericordiam dei trado et transfundo  
hereditatem meam ad prefatam ecclesiam in loco nuncupante  
dratihaha. in pago trungouue. hoc est cum domo, cum curte .....

Cartae de Traditionibus ad S. Stephanum de Matahkaue.

XLVIII.

Sub Uolfo episcopo circ. 805.

TP 60

In Dei nomine. Ego Zeino et ego Rodperht filius meus, confirmamus traditionem nostram ad S. Stephanum in praesenti Uolfo episcopo et omnium nobilium et ignobilium. qui nunc ibi sunt congregati. et stet firmal ma in sempiternum. Et iterum ego Urilfus tamen per dei misericordiam in ore episcopus vocatus cogitavi dicta S. Joannis Evangelistae. qui viderit fratrem euura necessitatem patientem. et clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet in eo. possessionem istam prestavi et donavi illis. mancipias. lorrain aedificationem in loco Mochundorf usque ad obitum eorum. et post obitum eorum stet firmatum ad S. Stephanum in perpetuum usque in perpetuum. et haec sunt testes. Popili. Ludiuuic. Ratolt. Uuigo. Salamon. Jonathan. Heriolt. Jozperht.

XLIX.

ao. 801. Confer, N<sup>us</sup>. 51.

TP 55a

In Domino sancto et in Christo patre Uualdrico episcopo de ecclesia Pataviensis. qui est constructa in onore S. Stephani. Ego in dei nomine *Richarius* comis dum non est incognitum. qualiter expetivi vobis aliquas res aecclesiae vestrae in pago *Mattagaoe*. in loco qui dicitur *Euuisteti*, mihi prestare deberetis ad habere. quod ila et fecistis. In ea vero ratione. ut dum diu aduixero ipsas res per vestrum beneficiara teneam. et post meum quoque obitum quicquid ibidem repertum fuerit. vel transitus meus ibidem dereliquerit cum omni supellectile vel conlaborato seu et adquisitu vel adtractu. undecumque ad me pervenerit. in vestram revocare faciatis dominationem. Tamen convenit nobis. ut ipsas res usitare et meliorare omni conamine contendam. usque dum diu advixero. et hoc perpendam. ut tarn quod in manu mea est ipsa rem deteriorata non fiat, sed magis ac magis emelioratam faciam illam. Actum *Salzpurch* monasterio publico die III mense October. in anno XXXIII et II regni et imperante domno nostro Carolo gloriosissimo Augusto. Isti sont testes. Starcolf. Hartmot. Freso. Uto. Uuerlant Craaman.

L.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In nomine Dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus gloriosissimi. rex Carol. anno ducatus ejus nom. Indictione ego Ledii Cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali judicio. qualiter dominum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam. ob hoc igitur statui in animo meo de propria, hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia. quae illo loco habui. Aznanu ex integro servos et ancillas. pratas. rures campos silvas, aquarumque decursibus. mobile vel immobile, cultum vel incultum ad basilica sancti Stephani. atque S. Ualentini pro redemptione animae meae. ut ibi sit firmum et stabilitum jussit Uualtrihus episcopus. Scripsi ego.

Contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire voluit. iram Dei omnipotentis incurrat. et partera habeat cum Juda traditore et causam cum beatissimis sancti Stephani et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii testes Ratolf. Adalperht testes. Ato testes. Frumolt testes, et omnia Sancti Stephani.

LI.

ao. 801. confer. N<sup>us.</sup> 49.

TP 55b

Ego in Dei nomine Uualdricus episcopus de ecclesia pataviensis. qui est constructa in onore S. Stephani. dilecto amico nostro *Richario* comite. Dum non est incognitum. qualiter expetisti nobis aliquas res ecclesiae nostrae. in pago *Mattagaoe* in loco qui dicitur *Euuisteti*. tibi prestare deberimus ad habere. quod ita et fecimus. In ea vero ratione. ut dum diu aduixeris. ipsas res per nostrum beneficium teneas. et post tuum quoque obitum quidquid ibidem repertum fuerit vel transitus tuus ibidem dereliquerit cum omni suppellectile vel conlaborato seu et adquisitu vel adtractum undecunque ad te pervenerit. in nostra revocare faciamus dominationem. tamen convenit nobis ut ipsas res usitare et emeliorare omni conamine contendas usque dum diu aduixeris. Et hoc perpende ut tarn quod in manu tua est ipsa rem. deteriorata non fiat sed magis ac magis emeliorare facias ea. Actum *Salzpurch* monasterio publico. die III mense October in anno XXXIII. et secundo regnante et imperante domno nostro Carolo gloriosissimo Augusto. Isti sunt testes. Starolf. Hartmot. Freso. Uto. Uuerilant. Craman.

LII.

725 — 788.

In Christi nomine ego hrodperht. atque transfundo hereditatem meam. quod mihi continkit contra filii mei. pro remedium animae meae. ad ecclesiam beati sancti Stephani atque Sancti Valentini sitam in Bazzauue civitate: hoc est campis. pratis. silvis. aquis aquarumque decursibus cultis et incultis. servis, ancillis. et nomina eorum Uuolf. Hetin. Domnica. Ratkis. Uuolfpirin. Aotuni. peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. est nominatus Lankincavui. tota pars mea et filium Achart, quod dominas nobis dignetur retribuere in die iudicii. Si quis vero, quod futurum esse non credo, aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis. — .....

(Hic desunt folia saltern duo. Sequitur aliud Fragmentum.)

LIII.

circ. 803. cnfr. Num. 68.

..... cultis seruis ancillis peculium utrumque sexum et post obitum meum firma et inlibata haec cartula omni tempore permanere debeat. Siquis vero quod futurum esse non credo aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quidquid opposite persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere voluerit inprimis iram dei incurrat et componat sicut lex est. Et frater meus Rihpald tradedit ad ipsam ecclesiam servum suum cum conjuge sua cum suis filiis. cum casa. cum campis cum peculium suum utrumque sexum. Haec sunt testes. Rato test. Popili test. Kialhari test. Popili test. Rihpald test. Aotto.

LIV.

circa 800.

In nomine Dei summi. Igitur ego Ovdalolf in dei nomine vel conjux  
mea pro remedium animae meae vel retributione aeterna trado atque  
transfundo hereditatem meam in loco qui dicitur ad Lupuhinespah. ad  
S. Stephani protomartyris ad Patabis id est terram meam. campum  
siluam. pratum rures quod sunt testes Meginrath. Taozi. Cundhart.  
Haerhart. Sallo. Ermperht. Ego Kaganhart scripsi de carta.

LV.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In Dei nomine ego Liutsuind pro remedium anime meae seu pro retributione vitae aeternae dono atque trado omnes facultates meas ad Sanctum Florianum secundum obitum meum et stet firmatum in sempiternum. et ita oro omnipotentem deum. ut si quis de heredibus meis vel cujuslibet persona hanc traditiones inire seu frangere conaverit. coram summo Deo reddat rationem et sancto Florianum. et in fisco auri uncias XII coactus soluat domini regi quia contra legem egit et haec traditio. firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes...

LVI.

an. 789.

In nomine Dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus gloriosissimi rege nostro Carolo indictione XII anno XXI regni ejus cogitante me de aeterna beatitudine. Rihperht. de penali iudicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam Christo quoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid Deo conferre, trado itaque omnia quae illo loco dimidium habui. ad Antesna ex integro, servos ancillas pratas rures campos siluas aquarumque decursus mobile vel immobile cultum uel incultum ad basilica sancti Stephani atque sancti Ualentini pro redemptione animae meae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Scripsi autem haec cartam traditionis quilibet opposita persona contrairae uoluit iram Dei omnipotentis incurrat et partero habeat cum Juda traditore et causam cum beatissimo sancto Stephano atque Sancti Ualentino. et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii sunt testes. Herchanperht. test. Heipo. test. Adalcoz. test. Amalunch. test. uualdman. test. Eingilperht. Panchuni test.

LVII.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

TP 48

In dei nomine. Ego Prunnihil pro remedium animae meae. seu pro retributione vitae aeternae dono atque trado de mea propria hereditate duas partes terram cultam et incultam ad S. Floriani et stet firmatum in sempiternum, et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis vel cuiuslibet persona hanc traditionem inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et habeat luctam cum S. Stephano primi martyre et in fisco auri uncias XII coactas soluat domni régi quia contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes. Caganhart. Adalhalt. Kisalhart. Uto Kerhart. Sundarheri. Heriraat. Keparohc. Erlunc. Uueiheri. Uuerinperht. Cotaperht. Uuerinfrid. Et VII mancipias.

LVIII.

Sub Reginhario Episcopo 817 — 838.

TP 74

Notitia qualiter *Kundalperht* presbiter unum territoriura ad *Mochundorf* in beneficium prestitit cuidam homini nom. *Plidkis*. Post obitum ipsius presbyteri querebat illud auocatus *Reginharii* episcopi *Hunperht* atque supra nominatus *Plidkis* reddit illud in manus ejus et haec est uera testimonia. Reginheri. Ilchagan. Rihhart. Herilunk. Kerpald. Egilpald. Ratkis postea iterum uenit ille ad episcopum in monasterio qui uocatur Rota et reddit illud manus ejus atque misericordia motus episcopus in beneficium illi usque in vitam suam praestitit in pracsentia omnium qui tunc ibidem erant. hoc sunt uuillipald. anno, drurink. erparhoh. adalkoz. reginperht; atque cuncta familia;

LIX.

Sub Carolo M. rege et Waldrico episcopo 788 —791.

TP 45

In chrisli nomine. Innotiscemus in hac epistola quomodo conciliaverunt domnus ualtrihhus episcopus. cum salucone. quando ipse ante missos regis, adquesivit filios suos. et filias et uxorem; Tune conciliaverunt. ut ipse salucho. euam tradidit hereditatem; illis filiis suis, in perpetuo possedendi. ad ipsam sedera episcopalem. et ad ipsos sanctos serviendi. sancto stephano et valentino, et familiis eorum. et pro sua animam. et diuinam retributionem. ante istos missos domno rege. Carolo haec sunt nomina sindperhthus episcopus. \*) chadulus. comax. craman com. et uuaninchus. iudex. et abb. Cozrinh fr. abb. uurolf. abb. ante eos fuit conciliatus; Ipse autem episcopus uualtrihhus. propter suam benignitatem. concedit ei ; dum ipse vivet. habeat potestatem. filia, ejus in anno operentur. cam misile. \*\*) alit diac. azilo. rimolt. chnito. altuuart. adalperht. atilo. testes sunt et alii plures quos enumerare longum est ;

\*) Episcopus Ratisbonensis obiit 791. 29 Septbr.

\*\*) Lectio dubia.

LX.

an. 801 vel 802. conferr. Nri. 49 et 51.

TP 56

Prestaria ab episcopo facta. *rihhario* comiti gratia dei episcopus *uualtrihh*, dum ad petitionem uestram illo loco nuncupante *auuisteti*. situm. ibi ad beneficium usque dum aduixeris permisimus; Ideo nobis convenit hanc epistolam prestariam conscribere. ut per nostrum beneficium ilium locum excolere debeas. et post uestrum discessum sicut et nostra continet epistola absque ullius exspectata traditione nos eam ad partem ecclesiae nostrae sancti Stephani. reuocare debeamus. facta epistula sub die illa III. id. iun; haec sunt testes, taozzi. adalhart. folchraat. odalhart. naothart. liutperht. sindperht. orandil. anshelm. aoto. erinperht. uuelan. anamot.

LXI.

an. 789

TP 30

In nomine domini nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi rege nostro Carolo regni ejus anno XX.I. inditione .XII. ego dd. et frater meus *hrantolf* considerantes qua gravamur sarcinas peccatorum et iterum reminiscentes bonitatis Dei dicentis date elymosinam et omnia munda fiant vobis de tanta igitur pietate domini confisi ob hanc igitur causam tradimus atque transfundimus ad ecclesiam sancti stephani protomartire quod situm est in loco que dicitur *baptabis* terram campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis et ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in eodem loco qui dicitur *helphauue* in hodierno tempore possidere videamur nunc igitur tradimus atque transfundimus cum ipsa substantia ad ecclesiam sancti stephani atque sancti ualentini in urbe quae vocatur *bazauuae* ibi ipse est uenerabilis. ualdrihhus episcopus hic nomina testium. ibi sit firmum et stabilitum Si quis contra hanc cartulam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram Dei omnipotentis incurrat partem habeat cum iuda traditore et causam habeat cum beato stephano protomartyre tuo et carta haec nihilominus firma permaneat et hii testes, *enkilperht* comes tes. *urolf* tes. *rumol* tes. *reckheo* tes. *inlant* tes. *ualhilo* tes. *nohart* tes. *hitto* tes diac. *alto* presbiter tes. *hrodperht* diaconus teste, *tacadeo* presbyter tes. *Hiltirih* presb tes;

LXII.

a. 788. al. an. Thass. XLII.

Oportet pro salute anime vigilare ut non inueniat quemquam inparatum et usque dum tempus habet non neglegat se redimere Ideoque ego *rato* ut ueniam de peccatis meis consequi merear in futuro trado ad ecclesiam qui est constructa in honore sancti stephani in castro qui vocatur *bazauue* ubi uir uenerabilis *uualtrihchus* episcopus praesesse uidetur donatumque in perpetuum esse uolo in pago *matahgauue* secus fluuenta qui dicitur *ankinaha* quod mihi pater meus moriens dereliquit et quod mihi sorte accedit erga fratres meos id est domibus aedificiis mancipiis campis pratis siluis aquis aquarumue decursibus ac tum trado atque transfundo ut quidquid jam dictus episcopus vel succeesores ipsius et id facere decreuerint liberam in omnibus habeat potestatem siquis uero quod fieri non credo si ego ipse vel aliquis de heredibus meis aut quislibet opposita persona contra hanc donationem venire aut infringere temptauerit usque dum de hac causa ad ueram emendationem uenerit. iram dei et sanctorum ejus uel paenas inferni et perire pertimescat et cum supradicto sancto in die iudicii ante tribunal aeterni iudicis deducat rationem et quod repetit uindicare non ualeat sed haec traditio omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnexa actum est autem haec in curte qui uocatur *rantesdorf* anno regni gloriosi principis *tassilloni* XLV indictione XI die consule. V id. Martii et haec sunt testes gozperht presbyter. test. alouuih. test. heririh. test. aotto. tes. lanfrid. test. sigimar. et Ego hildpertus.

LXIII. ao. 770-781

TP 10

In Christi nomine Ego *machelmus* uir clarissimus conparauit terram coloniam integram cum alia colonia in loco qui dicitur *hemingus* de homine cui nomen *camalheri*. et sic eam emi sicut ipsa fuit terra aratoria pradas. culta non culta. accessiones et omnia sicut ipse habuit possesse. jugeras plus minus LXXX.III. et de hac uinditione haec sunt testes. hitto tes. hunker tes. aotto tes. caothari tes. caozperht tes. reginperht tes. kunheri keilo. mozzo. kauuperht. takaperht. herido suappo insuper autem ego *machelm* postquam haec uinditione feci. sic ipsam coloniam tradidi ad ecclesiam sancti stephani et sancti ualentini quae sita est in loco qui dicitur *pazauue* pro redemptione anime meae vel divina retributionem. ut predictam coloniam possedeat pastor ipsius aecclesiae seu defensor quam prefatus sum usque in perpetuum. et haec nomina testium. hanc donationis signum. aodalpald tes. hrodhart. starcolf. mactolf. oleri. suappoto. hrodfrid. takaperht. herideo. ego uatto scripsi. hanc cartulam donationis. et ipse sum testis;

LXIV.

circ. 788.

In christi nomine Ego *Iantpald* trado atque transfundo hereditatem meam quod mihi contingit contra heredes meos in locum qui dicitur *curtuna* trado pro remedium anime meae ad aecclesiam beati sancti stephani atque sancti valentini sitam in *bazauue* civitatem. hoc est campis pratis siluis aquis pascuis aquarumque decursibus cultis et incultis. et duas mancipias. cum curte cum casa, et filii ejus II. in libertate seruiant ad istum domum dei pro victum. et discant litteras. haec sunt testes. Siffo presbyter tes. alit diaconus tes. erchanperht. tes. angilperht. tes. madalcaer tes. popo, et tes. frater illius sigipald presbyter, confirmavit haec traditio. firma et inlibata haec carta nihilominus firma permaneat;

LXV.

Sub Waltrico episcopo. 774 — 804.

TP 39

In Christi nomine. Ego *antheIm* trado ad altare sancti petri que stat in hereditate mea seruum meum aotratan cum conjugue sua et cum filiis suis cum casa et cum curte et cum tota calonia sua que ille pertinet et de mea ipsius terra .XXXVI. jugeras de campis. et de pratis. jugeras .XII. et ego *liutolf* frater illius trado ad hoc altare .IIII. mancipias et nos in dei nomine tradimus et transfundimus illum altare ad ecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini. sitam in *bazauuae* civitatem. et ego uualtrihhus episcopus prestaui illam tradi ad liutolfi presbyteri et post obitum illius hace carta firma permaneat nihilominus. et totum in quesitum meum hic trado post obitum meum. Haec sunt testes, frumolt presbyter madalker. dauid. pero. isanker. ankilperht. lantperht;

LXVI.

ao. 758.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Incipit Scientia qui scire ualeat in quo tempore aedificata erat ecclesia ista in tempore duci *paiauariorum otilo*. erat nomen ejus et annum unum fuit patria ista in sua potestate antequam consecrata erat ecclesia ista et nomen episcopo qui fundebat oleum *uiuolo* qui posuit reliquias sanctorum in domum dei hic nomini sepulcro domini sanctae *marie* sancti *petri* sancti *pauli* sancti *andree* sancti *laurenti*. et consecrauit in nomine sanctae *mariae*. et constituit diem sollemnem in kal. nouembris. *cotafrid* et uxor sua *kepahilt*. fecerunt cum seruis suis domum hanc et tribuerunt pro remedium animarum eorum tantum quantum potuerunt de pecunia de terris de seruis de ancillis. nom. uerdolf roodcaoz cundrih. tagapert adalperht cundachar odaldrud. et offerebat filiam suam uelatam sub nigro uelamine quod illa deo seruiret et sanctae *mariae* cotalind. folchraat dedit pro anima sua quod propitiare dignetur pro delictis suis seruorum et ancillam. uualdker et lanntsuiind. cum omnia pecunia cum fructibus cum terris et fratribus equos duos et bouem unum et casa liutilo ;

LXVII.

Sub Hugoberto et Tassilone ducibus. 725 — 738. 748 — 788.

TP 2

Hrodperht tradedit ad sancti stephani in loco nuncupante quod dicitur takahartinka mansas. IIII. et dominicales Wazaman dominicales mansas .II. in loco nuncupantem erinuhmos. arnolt mansas. I. caozperht mansas. III. ad uuikinka aotilo mansas. L uuelamoot et adalunc mansas. II. ad tuzlingas. tassilo tradedit ad sancti stephani. II. mansas ad feldum vestitas. hrodpald dedit ad sancti stephani. X. mansas et dominicales cum .I. ecclesia in loco nuncupante heiminka. Sigiperht. VI. mansas, ad nidikeltes auuuu. et dominicales ad sancti stephani. cundperht dedit. II. mansas heminkes. gotesscalhc. I. mansas fato. I. mansas heminkum poso. ad. uparach. com .II. mansas, cum. II. ecclesia. Isso dedit. II. mansas, irminperht dominicales et. II. mansas heminkun. deotsuind dedit I. mansas tassilo dedit. II. mansas, ad halle heito dedit I. mansas ad heiminkum Kozheri dedit I mansas ad heimincum. herosto dedit . I. mansas heiminkum ad stamhaim sunt. II. mansas, ad Mohhundorf .V. mansas et .II. ab X. item ad mohhundorf .III. mansas, et IIII. ab X. et hanc item ad mohhundorf .II mansas et dominicales. quod tradedit cundalperht presbyter et iterum ad mohhundorf tradedit heririh ad sanctum stephanum pro remedio animae suae .I. mansas, ad uicum irminperhi .I. mansas, ad peronpah mansas II. oratoria et media mansas, uttinhus ad aeringa. mansas .III. ad chirihhaim mansas .XV. et dominicales, quod tradedit hupperht dux ad sanctum stephanum ad tutingun tradedit kerhart .III. mansas et dominicales ;

LXVIII.

circa an. 803 vid. infra No. 86.

In dei nomine Ego *popili* cogitavi vel pertractavi. molam peccaminum meorum seu pro aeterna retributione in die iudicii. Idcirco trado atque transfundo hereditatem meam quod habeo in locum qui dicitur *ankinaha* ad ecclesiam sanctae *mariae* hoc est campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium. et post obitum meum firma et inlibata haec cartula nihilominus firma permaneat. Siquis uero quod futurum esse non credo, aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam templare aut frangere uoluerit. inprimis iram dei incurrat et conponat sicut lex est ; et soror mea *cotalind*. tradidit ad ecclesiam decem serui. et decem ancillas et omnia que habuit post migrationem illius ; haec sunt testes rato rihpald. takaperht. lantfrid. ankilhaoh. aotto;

LXIX. circ. 796.

cnfr. num. 74.

TP 44a

In nomine dei summi Ego *odalscalh*. cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali iudicio qualiter deum contemnes poenam incidunt aeterna christoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. Trado itaque omnia quae in illa loco, *phaphsteti*. habui ex integro seruos ancillas pratas rures campos siluas aquarumque decursibus mobile vel immobile cultum vel incultum ad basilicam sancti *stephani* protomartyris que situm est in pazauua pro redemtionem animae meae ut ibi sit firmamentum et stabilitum. Siquis autem hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimo sancto *stephano* protomartyres patrem meum et per metipsum et matrem meam et uxorem meam et filium meum. et carta haec nihilominus firma permaneat. Et hii sunt testes, *tozi. raati. uto. VII. id. mart.*

LXX.

Sub Tassilone Duce et Wisurico episcopo an. 765 — 775.

Iterum sub Carolo rege et Waltrico Episcopo an. 788 — 800.

In nomine dei summi. Igitur etenim ego proprio nomine *perhhari* tamen per dei misericordia presbyter vocatus tradidi villam meam nuncupatam *pazhares salida* ad beatum *stephanum* primum martirem sub tempore *tassiloni* principi et episcopi nomine *uuisuriih* pro remedium animae meae. et modo pro tempore caroli regi et cum sua licentia iterum firmaui ad ipsum altarem sancti stephani coram episcopo nomine *uualtrih* qui ipsum episcopatum regere videbatur et hoc actum est in sidone: (i. e. Synodo) coram omnibus sacerdotibus et populo qui ibidem congregatus erat. sub die .VII. Id. Jun. et hanc traditione firmavi ut ego ipse *perhari*. et nepotes mei. *uuerdhari*. et *uualto*. ad suum fructuarium suscipimus in beneficia ita ut annis singulis in festiuitate ipsius sancti stephani reddere debeamus solidum unum omnibus diebus vitae nostrae et post obitum nostrum ibi permaneat in potestate ipsius sancti stephani et episcopi. in cuius potestate consistit. pro mercede domni regi caroli et antecessores meos ut oratio nostra ibi semper permaneat et haec sunt nomina testium *hrooduuai*c presbyter, *hriiholf* presbyter, *uuerdhari* presbyter iso diac. *uualto* diaconus. *iohan*. *naothart*. *hitto* diacon. *tato*. presbyter, et hoc omnibus notum sit quod pretium meum aut in caballis vel in vestimentis aut in ahis utensilibus meis et haec carta sit firmior ferro conexa et ueris vinculis ligata omni tempore ab evo in euum;

LXXI.

Sub Carolo M. Imperatore et Hattone Episcopo.

806 — 814.

TP 63

Commemoratorium de tractoria quam fecerunt uenerabilis presbyter nostro *cundalperhtus* et *podalungus* cler. cogitantes ipsi praefati pro redemptionem illorum tradiderunt omnia illorum propria et hereditatem eorum ad s. stephanum. casas constructas omnia substantia terram cultam et incultam quicquid ad eos pertinebat et ut eandem liceat eis habere et possidere usque in uitam illorum. post obitum eorum sicut praediximus firmiter sit stabilis ad sanctum stephanum usque in aeternum, et haec testes, odalfrid, cuniperht. hahol. isanhart. arn. deothaeri. uuolfcoz. poso, perhtcoz. actum est. hoc. III Kal. aprilis. in praesentia. *hattoni* episcopi ad ipsum sedem sancti stephani regnante, dom. *carolo* imperatore;

LXXII.

Sub Urolfo Episcopo circa 805.

In christi nomine uir itaque quendam nom. *ooto* tradidit de partione sua qui ilium constetit aduersus filios suos. ad altarem sancti *stephani* in mancipiis seu in coloniis pro amorem dei et pro redemptione animae suae. post uitam suam. et uxori suae id uero sunt mansos plenos .II. cum filiis suis. nom. *uuilliheri. Mahtlind*, et alt mansos nom. *aemicho. enstila*. filias eorum *perthilt. Erchanhilt*. et alteros servos .II. nom. *adaluni, aruni*. et ipsorum colonias. duas, hoc fecit in praesentia coram dom. episcopo *urolfo*. et coram cunctis familiis sancti *stephani*. et. *ualentini*. et ipse dom. episcopus iussit hoc oblegare et per testibus. firmare ut in eum et inconuulsum permaneat. Nomina testium. *erchanperht* diac. *roodperht* cler. *hilto* cler. Valete.

Similiter et *hramuolus*. tradidit. atque firmavit. ad altarem sancti stephani cum ipsis testibus in uillam nuncupatam ad *scalchom*. cum domibus seu cum cunctis substantiis suis, absque priora traditione quam pater ejus fecerat. mancipias .II. VALETE;

LXXIII.

ao. 786.

In dei nomine domini salutaris nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi ducis *tessilonis* anno ducatus eius XXXVIII. indictione \*) tua ego *cogo* trado omnia que habui in loco nuncupante *curtuna* ad ecclesiam sancti *stephani*. et beati sancti *ualentini* in ciuitate *pazauge* ut ibi sit firmum et stabilitum ; Siquis autem ulla opposite persona vel ego. quod fieri non arbitrer aut aliquis de heredibus haec irrita facere voluerit iram dei omnipotentis incurrat et partern habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimo sancto *stephano* et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii testes. *rodhart*. test. *heriman*. test. *erchanperht*. test. *madalker*. test. *angilperht*. test. *sundarheri* presb. sex poues. XXX porcos. XXX oues. XIII mancipias. X. caperas.

LXXIV.

an. 796. ???li reg. ao. XXVIII.

TP 44b

Ego in dei nomine *odalscalc* cogitans de dei timore vel pro absoluteione peccatorum eorum propterea dono trado omnes res meas ad monasterio patavis ad ecclesiam sancti stephani protomartyris ubi preest venerabilis vir *uualdricus* pontifex dono ibidem, et donatumque in perpetuum. esse. uolo. in pago *matagane* in loco qui dicitur *papsteti* super fluvio *matucha*, id est tam mansos una cum domibus aedificiis curtiferis cum uuadris capis terris siluis campis pratis pascuis peruiis cum muniis adie cenciis appendiciis mancipiis ibidem conmanentibus utriusque sexus rem inquesita totum et ad integrum per hanc epistulam traditionis ad ipso monasterio jam dicto pro redemptionem anime meae. post meum discessum vel conjuge mea. *erkanradane* dono trado atque transfundo jure perpetuo possedendum. siquis hanc traditionem infringere temptaverit si se exinde non correxerit in ... at ad partibus ipsius monasterii una cum distringente fisco auro uncias .XX. argento libras .L. coactus componat et quod repetit nihil euindicet. et haec donatio nihil minus firma permaneat. actum *patauis* ciuitate publica die .X. mense maj uino in anno XXVIII. regnante domno nostro *carolo* rege, isti sunt testes per auriculas trocti juxta ritum regionis hujus in adfirmationis testimonii. *raan* test. *uto* test. *gunchart* test.

LXXV.

ao. Chr. 788 alias Regni Tassil. 42. Conf. N<sup>us</sup>. 81.

TP 15

Nihil enim ut ait apostolus in hoc mundo intulimus nec quicquam ex eo nobiscum poterimus auferre nisi quod ob animae salutem locis sanctorum vel in substantiis pauperum conferre videmur, igitur ego *gogo* clericus pertimiscens vitam futuram et bona retributionis aeterna ad molem peccaminum meorum minuendam trado ad ecclesiam qui est constructa in honore protomartyris stephani in castro *pazzaugense* ibi duo amnes insimul confluent ubi vir venerabilis *uualdrichus* episcopus preesse videtur traditumque in perpetuum esse uolo quod mihi pater meus moriens dereliquit id est terris domibus aedificiis mancipiis pratis silvis aquis aquarum vel decursibus farinariis mobile vel immobile qui adiacet secus fluuenta nom. *gurduna* ut quidquid jam dictus episcopus vel successores ipsius episcopi exid facere decreverint pro utilitate supradictae basilicae. liberam atque firmissimam in omnibus habeant potestatem si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis vel quislibet opposita persona contra hanc traditionem venire aut eam infringere conauerit inprimis usque dum de hac causa ad ueram emendationem venerit iram dei et sanctorum ejus habere pertimescat et cum supradicto sancto ante tribunal aeterni iudicis in die iudicii decucat rationem et partibus ducis cum cogente fisco componat auri librae unae argenti pondus quique et quod repetit uindicare non ualeat sed haec traditio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. actum est haec in curte publica qui dicitur *salzpurc* anno regni gloriosi principis *tassiloni* XLV sub die kal. martii indictione XI et haec sunt testes albuinus presbiter test. hrodgaoz presbyter test. titio. test. amo. test. bonifacius. test. rodhardus. test. haeriman. nepotes sui. test. arhart. test. gundacchar; Ego hildipertus.

LXXVI.

an. 800.

TP 49

In nomine domini dei saluatoris nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi caroli regi anno regni ejus nostrum indictione VIII Ego *salomon* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali iudicio qualiter Deum contemnentes poenam incidunt aeternam, christoque adherentes vitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. Trado itaque omnia quae in illo loco habui qui vocatur. *cossinpach*. ex integro sine uno manso, seruo. ancillas. pratas. rures. campos, siluas, quarumque decursus mobile vel immobile cultum vel incultum ad basilica sancti stephani protomartyres christi pro redemptione anime meae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimis. sancti stephani. et sancti ualentini. et carta haec nihilominus firma permaneat. et haec sunt testis. *salomon*, t. *adalhart*. *rhaan*. *tozi*. *deotmar*. ---*fol*. *tes*. Scripsi autem ego *reginhart* presbyter hanc cartam traditionis iussus a domno episcopo *ualtricho*. Acta sunt autem haec in uilla puplica nuncupante *battaves*. regnante domino nostro ihesu christo in secula seculorum.

LXXVII.

ao. 821. 28. Decembr. nostro computu.

Igitur ego in christi nomine *uualto* clericus coepi cogitare pro remedium anime meae seu pro absolutione delictorum meorum. Quapropter ego trado propriam hereditatem meam ad sanctum *stephanum* infra muros ciuitate *battaviense* omnia quicquid habeam in pago *isnahkaoue* in loco nuncupante ad *suiprom*. et in alio loco qui uocatur ad *rorpah*, simulque in tertia loco qui dicitur ad *insna*, cum domibus aedificiis. cum mancipiis et pecoribus cum terris cultis vel incultis cum campis pratis aquis aquarumve decursibus uel omnia quicquid in his locis mea uidetur esse possessio vel dominatio. Ita dono atque trado ad beatum sanctum *stephanum* ut ibi sit firmiter et stabiliter post obitum meum, si quis autem parentum meorum hanc traditionem frangere aut eam calumniare temptauerit a liminibus sanctae dei ecclesiae excommunicatus sit et sequestratus apareat et quod repetit nullo modo euindicare preualeat sed praesens haec donatio stet firmatum usque in sempiternum ab usque ullius contradictione ad sanctum *stephanum* actum est autem hoc in eo loco ad *battaviense* ciuitate in presentia *Reginarii* pontificis die natal, innocentorum hoc est V cal. ian. anno domni *Iuduuici* imperatoris VIII regni sui indict. XV. et haec sunt testes qui uiderant et audierant per aures tractati inprimis *uualtrih* uicarius qui hoc fecit simul cum ipse nepote suo, *isker* tes. *arfrid* tes. *meginrat*. *perhtolt*. *aotperht*. *iacob*. *heriperht*. *hadalgoz*. *rihhart*. *keparhoh*. *rihpald*.

LXXVIII.

Sub Erchanfrido regionario Episcopo an. 600 — 624.

Conferatur N<sup>us</sup>. 44.

Traditio quam *hoza* fecit quamvis jam dudum antea scilicet traditio *kozun* ad sanctum stephanum per notitiam testimoniorum et confirmationem epistolarum esset conprobatum attamen illa prefata *koza* venit ad *patavia* civitate quando *erchanfridus* uocatus episcopus cum suis fidelibus ibidem fuisset et renouavit omnem traditionem in loco nuncupante *sulzipach* et iterum per testimonia confirmavit haec sunt testes *engilpald. helmrih. keparhoh. uuicperht. kerhart. liuthart anno, krimperht. podalunc. iminolf.*

LXXIX.

Inter an. 788 — 804. conf. N<sup>us</sup>. 20.

Traditio *madalgeri* ad *Rindpach* Ego in dei nomine *madalger* trado et transfirmo quicquid mea esse videtur ad *rindpach* post obitum meum ad anctum *stephanum*. et haec sunt testes *starcholf*. *meginhelm*. *plidger*. *heimo*. *rihcauuo*. *rodperht*. *reginolt*. *mejol*. *uualtilo*. *adalger*. *utto*. *cundalperht*. *adalhart*. *madalhart*. *isker*. *arfrid*. *arpeo*, *pazrih*. *uuelafrid*. *husuuart*. *otochar* uujgo et totinauuuaracuniti *nerpald* *nandhelm* *reginpald*.

LXXX.

circ. 817. Confer. N<sup>us</sup>. 58.

TP 35

In christi nomine Ego *cundalperht* cogitavi uel pertractavi molam peccaminum meorum seu pro aeterna retributione in die iudicii idcirco trado atque transfundo hereditatem meam ad ecclesiam beati sancti *stephani* atque sancti ualentini sitam in *batauue* ciuitate hoc est campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium uel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. Ideo tamen ratione ut post obitum meum firma et inlibatata haec cartula omni tempore permanere debeat Si quis uero quod futurum esse non credo aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere uoluerit in primis a consortio omnium christianorum et a liminibus ecclesiarum extraneus efficiatur et iuda traditoris domini nostri ihesu christi perfruatur constorio. Insuper etiam conponat ad ipsam ecclesiam duplicem pecuniam. Hoc signum test. *haito*. presbyter, testes *hroduuic*. testes *caozperht* presbyt. testes *angilperht* testes *poso*, testes *arperht* testes *erchanpoto*. testes *aso*. et testes tota familia sancti *stephani*. In locum qui dicitur *mohundorf*;

Cod. Patav. 65

LXXXI

an. 788. Confer. N<sup>us</sup>. 75.

TP 16

Si aliquid de rebus nostris. locis sanctorum uel in substantias pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus Ego itaque *cito* haec mente pertractans ad facinoribus meis minuendis dono post obitum meum ad aecclesiam primi martyris *Stephani* qui est constructa in castro *pazzaugense* ubi uenerabilis uir *uualdricus* episcopus preesse videtur locellum qui adiacet secus fluenta nom. *gurduna* quod mihi pater meus moriens dereliquit campis pratis siluis mancipiis aquis aquarumue decursibus mobile uel immobile domibus aediciis ut quidquid supradictus episcopus post obitum meum ex eo facere uoluerit liberam habeat potestatem siquis u??? quod fieri non credo si ergo ipse vel aliquis de heredibus meis aut quislibet opposita persona contra hanc donationem uenire temptauerit a liminibus aecclesiae extraneus habeatur et cum supra scripto sancto In die iudicii deducat rationem et partibus ducis componat eecundum quod lex est et quod repetit non uindicet sed haec donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa actum est haec in curte puplica qui dicitur *salzpur* anno regni gloriosi principis *tassiloni* XLV. sub die kal. mart. Indictione XI. et haec sunt testes albuinus presbyter testes hrodgaoz presbyter testes tito, testes amo. testes bonifacius. testes hrodharius. testes heriman. heriperht testes. Ego hildipertus.

LXXXII.

Sub Reginhario Episcopo 818 — 838.

Noticia de illa causa ad *tagahartinga* quod quidam homo nomine *kozheri*. uenit ad *Reginharium* episcopum petere illud territorium cum casa et curte cum horreo et omni utensilia ibidem adiacentia illi in beneficium donare et ejus non denegauit uoluntas in ea uero ratione ut annis singulis censum dare debuisset id est de ceruisa siclos. XXX. de farina spelda mod. II. unus ex illis lavatus sit fringa I. bona. auccas II aud. X. pullos et postea quando illi placuisset atque conuenisset emelioratum atque fabricatum ad sancto stephano rediret actum erat hoc ad *hemingas* VI. id. Febr. coram omnibus qui tunc ibidem aderant.

LXXXIII.

an. 802.

TP 54

Dum resedissent misi domni *caroli* serenissimi imperatoris In loco qui dicitur *matahgauue Arn* uidelicet archiepiscopus et *kislehardo* iudex ad uniuersorum causas examinandas. vel recta iudicia terminanda ibique adueniens aduocatus uualdrico episcopo in uicem ipsius episcopi aliquos homines *Uilliperht* nec non et *adalperht* interpellaret dum diceret eoquod de capite eorum legibus essent serui sancti stephani et ecclesiae ipsius episcopi sed ipsi in presente adstabant et hac causa in omnibus denegabant. Tunc ipsi praefati missi hac causa pariter et diligenter inquirentes. inuenerunt qualiter ipsi de partibus genitoribus eorum serui essent ipsius episcopi et statim reddiderunt se una cum uxoribus eorum et filiis hac filiabus Et habeat ipse episcopus ad suam aecclesiam omnibus diebus euindicatos. et sit inter eos in postmodum de hac re difinita causatio. Actum *mattagaoe* fisco publico, die proconsule .XV. kal. mar. anno .XXX. III. et secundo regni domni nostri caroli gloriosissimi imperatoris. isti sunt qui presentes fuerunt quando haec res gesta est. *richeri* comis. *aotperht* iudex. *uuenilo*. *posso*, *dauid*. *helmker*. *aotto*. *fridurat* et *nidhart* centenarii. *haholt*. *gaozperht*. *taozi*. *adalhart*. *bertharius* notorias hanc cartolam subscripsit.

LXXXIV.

Sub Waltrico episcopo et Carolo M. Imper. 800 — 804.

TP 51

In dei nomine. Ego *cundpirin* pro remedium anime meae seu pro retributione uite aeternae dono atque trado talia si dominus meus ad rectum meum dimisit atque quesitionem cum terra et pratas mancipias animalia contra prestaria domni uualtrih episcopi pasilica unam in loco qui dicitur *mochundorf* ad sanctum *stephanum* secundum obitum meum stet firmatum et ordinatum ad sanctum usque In sempiternum et ita oro omnipotentem deum ut siquis de heredibus meis vel cuiuslibet persona inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et sancto stephano primo martyre et in fisco auri untias XII coactus soluat domini cesarii quod contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in sempiternum. et haec eunt testes, tozi test. gaganhart tes. chuntilo tes. reginhart testes.

LXXXV.

Sub Tassilone Duce et Waltrico Episcopo an. 774 — 788.

TP 40. 791-804

In christi nomine. Ego *ortuni* trado atque transfundo hereditatem meam in uico nunceupatio *uuagindorf* ad aecclesiam beati sancti *stephani* atque sancti *ualentini* sitam in *pattauae* civitatem hoc tota portio mea de campis. de pratis desiluis de aquis aquarumque decursibus domum meam vel aream pomerium meum et uxori mea *deomoth*. et granum meum siue in area uel in campis post obitum meum filii mei potestatem habeant faciendi que uoluerint et de omnibus pecodibus meis. Nisi tantum terram et edificia mea hoc trado et transfundo pro remedium anime meae et pro aeterna retributione in die iudicii. si quis hanc cartam inire seu frangere conauerit in primis iram dei incurrat et sancti *petri*, testes *tozzi. alarih. uualtrih. pernuueich. raatcoz. pernhart. engilmunt. erinperht. nidhart* scripsi jussus a *uualtricho* episcopo.

LXXXVI.

ao. 803. annus Caroli Imp. al. III. Indict. XI. — Confer. N<sup>us</sup> 68.

Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum uel in substantias pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus obhoc igitur ego *populi* ad molem peccaminum mearum minuendam dono ad ecclesiam qui est constructa in honore protomartyris *stephani* in castro *pazaugense* ubi vir venerabilis *waldricus* episcopalem officium adimplere curatur donatumque in perpetuum esse uolo quod mihi pater meus morions dereliquit locellum qui adiacet secus fluentia qui vocatur *enchinaha* cum ecclesia qui est constructa in honore semper uiginis *mariae* seu domibus aedificiis accolabus mobile uel immobile ut quicquid supradictus episcopus post obitum meum facere uoluerit ex eo. habeat liberam potestatem. si quis uero aliquid uoluerit quod non credo. ipse. vel aliquis de aeredibus meis aut quislibet opposita persona, contra hanc dominationem uenire temptauerit. a liminibus aeclesiae extraneus habeatur. et cum supra scripto sancto in die iudicii deducat rationem. et partibus ducis conponat secundum quod lex est. et quod repetit non uindictet. sed haec donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum est in publica curte qui dicitur *radaspona* anno regni gloriosi imperatoris *karoli*. XII. sub die VI kal. nouembris indictione. XII. Et haec sunt nomina testium . . . (in fine rasura 1½ lineae.)

LXXXVII.

ao. 868.

In nomine dei omnipotentis. cunctis fidelibus christi sit Notum qualiter ego *patarih*. tradidi hereditatem meam. in loco. quod dicitur *vrpahc*. ad s. *stephanum*. vbi *ermenricus* episcopus. Nobis. presens dignaretur. In ea ipsa ratione nemppe accepi ab episcopo praedicto et auocato ejus. alteram terram mihi in haereditatem. in loco qui dicitur *antesna*, hoc tantum accepi. quantum quantum dedi. Et hi sunt testes per aurem adtracti. Sig. Diotpertus aduocatus. qui hanc traditionem suscepit. Et alteram peregit. Snello. Gotahelm. Hunger. Hotger. Ellinfrid. Raticho. Gerilo. Chadolt. Liutto. Diotpert. Morihcho. Gunpreht. Actum in uilla quod dicitur ad *hENCHINaha* sub die VI. Id. MAJAS. Coram ermenrico episcopo. Regnante domno hludouuico rege. Anno XXXVI. regni ejus. feliciter in dei Nomine Amen.

LXXXVIII.

De Traditione, quam Gundheri prsb. fecit. an. 874.

Notum sit omnibus fidelibus. in christum credentibus quomodo Gundheri presbyter tradidit ad sanctum stephanum proprietatem suam. in loco. qui dicitur ad *chunirihesdorf*. et quicquid ibi habuit in aedificiis. in agris. cultis. ast incultis. in pratis. in aquis aquarumque decursibus. et tria mancipia. nomina eorum sunt engilheri. wolfgund. vuerdila. In ea tamen ratione. ut ego inde aliud econtra reciperem. in loco. qui dicitur ad *Slehndorf*. et illud sine censu haberem. usque ad finem uitae meae. et post obitum meum. ambo stetissent ad sanctum stephanum. Et hi sunt testes per aures attracti. Ruodpert. Diotrihc. Otpreht. Engilpern. Alarih. Ebarhart. Gerhart. Erhart. Otger. Otto. Acta est haec carta sub die III kal. Marcii. Anno ab incarnatione domini DCCCLXX.III.

LXXXIX.

Licencia Hlvoduuici regis de commutatione intrinsecus  
et extrinsecus pro augendi causa rerum S. Stephani. an. 852.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Hludouuicus* diuina fauente gratia rex. Notum sit igitur omnibus fidelibus sanctae dei aecclesiae. Nostrisque praesentibus scilicet et futuris. quia *harduuicus* Uenerabilis episcopus. Nosterque familiaris excellentiam nostram adiens. deprecabatur. ut sibi liceret. a uiris nobiles eorum res proprias. et mancipia. cum rebus ecclesiae et mancipiis. quae in honore sancti *stephani* protomartyris christi dedicata est ubi domino auxiliante corpus beati ualentini requiescit ac ei ad regendum commissa commutare. ea uidelicet ratione. quod ipsa ecclesia nichil juris suae careret. sed potius compendium, et utilitas eidem ecclesiae exinde generatur. Nos vero solemni more, sicut omnibus justa et rationabilia petentium agere uolumus. petitioni eius aurem serenitatis nostrae accomodauimus. ac per hoc. hanc auctoritatem nostram prefato *harduuico* episcopo. seu successoribus suis fieri decreuimus. per quam uolumus. atque iubemus. ut ubicunque ipsi et aduocati eorum. tales res inueniant. quae aecclesiae illorum apcius et utilius. atque convenientius. conjacere. uideantur. liberam potestatem habeant commutare. et ad opus sedis suae subicere, et hoc illorum et advocatum eorum prouisioni consistat. ut cum summa cautela et diligentia consideretur. ne pejus. atque deterius. vel minus in nullo negotio isto parti, et potestate iam nominati sedis. et monasteriis. ex illa commutatione proueniat. Statuentesque ut deinceps quicquid pro utilitate. sepe dictae ecclesiae. et monasteriis praefatus episcopus. successoresque illius. et aduocati eorum commutauerint. in mancipiis ceterisque rebus, siluis. vel etiam territoriis. per hanc nostrae benevolentiae concessionem firmum et inconuulsum perpetuo permaneant. et ut nulli liceat. illam commutationem infringere. vel inrumpere. aut infestare, sed ut diximus. quicquid pars altera alteri dederit. stabilitum et incontaminatum futuris temporibus permaneant. et ut haec nostrae concessionis. auctoritas firmiorem atque diutiorem obtineat uigorem. et a cunctis fidelibus sanctae Dei ecclesiae. nostrisque melius credatur. et diligentius conseruetur. Manu propria nostra subter eam firmauimus. et anuli nostri impressione adsignari iussimus. Signum (Monogramma) Domni *Hludouuici* serenissimi regis.

Comeatus notarius ad uicem *Rudleici* recognoui et.  
(L. S.)

Data in XVII kal. febr. In anno christo propicio XVIII. regni domni hludouuici serenissimi regis. In orientali francia. Indictione XV. Actum *radasbona* ciuitate regia in dei nomine feliciter amen.

XC.

De participatione nemoris quod dicitur Pazouahard.  
an. 887.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Karolus diuina fauente  
gracia imperator augustus.